bũ dei, inuicto & incorruptibili aĩo asserendũ, q̃ ę-
terno tumultu, sub ira dei, cruciatu intolerabili cõ
teri, Chr̃s faxit, ut animus tuus talis nõ sit, sicut op
to & spero, certe uerba tua sic sonãt, quasi cũ Epi-
curo fabulas eẽ putes, uerbũ dei & futurã uitã, dũ
magisterio tuo nobis autor eẽ uis, ut gratia pon-
tificũ & principũ uel pacis huius, certissimũ ꝟbũ
dei pro loco intermittamus & cædamus, quo in-
termisso, deũ, fidẽ, salutẽ & oĩa Christiana ĩtermit
timus, q̃to rectius Chr̃s nos monet, ut potius to-
tũ mundum contemnamus.

¶ Tu dicis uero talia, qđ nõ legis uel nõ obser-
uas, hanc eẽ fortunã cõstantissimã uerbi dei, ut ob
ip̃m mundus tumultuet̃, Idq; palã asserit Christ⁹,
Nõ ueni (inq̃t) pacẽ mittere, sed gladiũ, Et in Lu-
ca, Ignẽ ueni mittere in terrã, Et Paulus. 1. Cor. 6.
In seditionibus, &c. Et propheta psal. 2. idẽ copio
se testat̃, asserens tumultuari gentes, fremere po-
pulos, insurgere reges, cõspirare principes aduer
sus dñm & aduersus Chr̃m eius, quasi dicat mul-
titudo, altitudo, opes, potentia, sapiẽtia, iustitia &
quicq̃d est sublime in mũdo, sese opponit uerbo
dei. Vide in Actis apl̃oꝝ, q̃d accidat in mũdo, ob
unius Pauli (ut alios apl̃os taceã) uerbũ, q̃ unus il-
le & gentes & Iudæos cõmouet, seu ut ibidẽ ipsi-
met hostes dicũt, totũ orbẽ cõturbat. Sub Elia tur
bat̃ regnũ Israel, ut rex Achab q̃rit̃, Quãt⁹ tumul
tus fuit sub alĩs prophetis? dũ oẽs occidunt̃ ul̃ la
pidant̃, Dũ Israel ducit̃ captiuus in Assyrios, Item
dũ Iuda in Babylonẽ, Hæccine pax fuit? Mundus
& deus

& deus eius, uerbū dei ueri ferre non p̄t, nec uult, Deus uerus tacere, nec uult, nec p̄t, qđ iā illis duobus dñs bellātib⁹, nisi tumult⁹ fieret ī toto mūdo?

¶Hos igit̄ tumultus uelle sedare, aliud nihil ē, q̄ uelle ꝟbū dei tollere & ꝓhibere. Sermo em̄ dei uenit mutaturus, & innouaturus orbē, q̄ties uenit, At etiā gentiles scriptores testant̄, mutationes reꝝ, sine motu & tumultu, immo sine sanguine fieri nō posse. Chr̄ianoꝝ iā est, hæc p̄senti aīo expectare & ferre, sicut Chr̄s dt, Cū audieritis p̄lia & rumores p̄lioꝝ, nolite terreri, oportet primū hæc fieri, sed nōdū statim finis. Et ego, nisi istos tumultus uiderē, uerbū dei in mūdo nō eē dicerē, Nunc eū uideā, gaudeo ex aīo, & cōtēno, certissimus, qđ Papę regnū cū suis adhærētibus ruituꝝ sit, nā hoc inuasit potissimū sermo dei, q nunc currit. Video sane te, Mi Erasme, in multis libris queri de istis tumultibus, de amissa pace & cōcordia. Deide multa conaris, ut medearis, bono (ut eq̄dē credo) aīo, sed ridet medicas tuas ista podagra manus, hic em̄ uere, qđ dicis, cōtra fluuiū nauigas, immo stipula incendiū restinguis. Desine q̄ri, desine mederi, tumultus ille diuinitus & ortus ē, & gerit̄, non desiturus, donec ut lutū plateaꝝ reddat oēs aduersarios uerbi, Quanquā dolendum est, ut opus sit te tantū Theologum, ista moneri quasi discipulū qui aliorum magister esse debueras.

¶Huc igit̄ tua p̄tinet gnome satis pulchra, morbos quosdā minore malo tolerari q̄ tolli, qua tu nō uteris appositе, Morbos tolerabiles minore malo, dicito, tumultus istos, motus, turbatiōes, seditiones, sectas, discordias, bella & si qua talia sūt

quibus ꝓpter uerbū dei totus concutit & collidit orbis, hæc inquam minore malo, cum sint tēporalia, tolerant, q̄ ueteres & mali mores, q̄bus necesse est, omēs animas perire, nisi uerbo dei mutarent, q̄ sublato, æterna bona, Deus Christus, spiritus tollerent. Quanto uero præstat, mundum amittere, q̄ Deum creatorem mundi, q̄ innumerabiles mūdos creare denuo potest, & infinitis mundis melior est? Quæ enim comparatio temporalium ad æterna? Hæc igit lepra potius est ferēda temporalium malorꝝ, q̄ ut trucidatis omnibus animabus æternaliter q̄ damnatis, mundus ab his tumultibus, illaꝝ sanguine & perditione, pacaret & curaret, cum una anima totius mundi pretio redimi nequeat. Bellas habes & egregias similitudines & gnomas, sed cum in rebus sacris agis, puerilirer imo peruerse applicas, humi enim reptas, & nihil super humanum captum cogitas. Non enim puerilia neq̄ ciuilia uel humana sunt, quæ Deus operat, sed diuina, quæ captum humanum excedunt, Velut hos tumultus & sectas, nō uides diuino consilio & opere ꝑ mundū grassari, & metuis, ne cœlum ruat. Ego uero, Deo gratia, bene uideo, quia alios maiores in futuro seculo uideo, quoꝝ comparatōe, isti, uelut tenuis auræ sibilus esse uident, aut lenis aquæ susurrus.

¶ At dogma de confessionis & satisfactionis libertate, uel negas uel nescis esse uerbū Dei. Hæc alia quæstio est. Nos tamen scimus & certi sumus, esse uerbum Dei, quo libertas Christiana asserit, ne traditōibus humanis & legibus sinamus nos illaqueari in seruitutem. Quod alias abunde docuimus, & si uoles experiri, parati sumus & tibi dicere uel cōse-

rere

rere manus, Extant nostri libelli super his rebus nō pauci. At sīc in charitate iuxta tolerandæ & seruā-dæ leges Pōtificum, si sic forte, sine tumultu cōstare, possit, & æterna salus per uerbum Dei & pax mundi. Dixi supra, fieri id nō posse, Princeps mundi Papam & Pōtifices suos nō sinit eorū leges libere seruari, sed cōscias captare & ligare in aīo habet. Hoc Deus uerus ferre nō pōt. Ita implacabili discordia uerbū Dei & traditiōes hoīm pugnāt, nō alter atq; Deus ipse & Satan sibi inuicē aduersantur, & aliter alterius opa dissoluit, & dogmata subruit, tanq; si duo reges alter alterius regnū populet. Qui nō est, mecum, ait Christus, cōtra me ē. Quod uero metus sit, mītos, qui ad flagitia proni sunt, abusuros ea libertate. Hoc referetur ad tumultus illos, tanq; pars le præ istius tēporalis tolerandæ & mali ferendi. Nec tanti habendi sunt, ut propter ipsorū abusum cohibendū, uerbū Dei tollat. Si nō oēs seruari possunt, aliqui tamē seruant, propter quos uerbum dei uenit, hi amāt eo feruentius & consentiunt sanctius. Quidē malorū & antea nō fecerūt impij homīes cum nullū uerbū eēt: immo quid boni fecerūt? An nō semp mundus bello, fraude, uiolētia, discordia, & oībus sceleribus inundauit? ita ut Michæas optimū inter eos, spinæ comparet, quid putas reliquos uocaret? Nunc uero uenīēti Euāgelio imputari incipit, qđ mundus malus sit, cū uerius Euāgelio bono eluceſcat, q̄ malus fuerit, dū sine euāgelio in tenebris suis ageret. Sic illīrati lūris tribuāt, qđ illis florēbus eorū inscitia innotescit. Hæc est grā, quā repēdimus uerbo uitæ & salutis. Quantū uero putamus fuisse timorē apd Iudęos, cū euāgeliō absolueret oēs a

lege Mosi? Quid hic libertas tãta nõ uidebat̃ p̃miſſura malis hoibus? At ꝓpterea nõ eſt omiſſum euãgelion, ſed impij relicti, piis uero dictum, ne in occaſionem carnis concederẽt libertatem.

36 ¶Nec iſta pars cõſilij uł remedij tui ualet, ubi dicis, Licet uerꝫ dicere, ſed nõ expedit apud ꝗſlibet, nec quouis tpe, nec quouis mõ. Et ſatis inepte Paulũ adducis, ubi dicit. Oĩa mihi licẽt, ſed nõ oĩa expediunt, ubi dicit. Non em̃ Paulus de doctrina aut docẽda ueritate ibi loquitur, ſicut tu eius uerba cõfundis & trahis quo libet, quin ueritatẽ ille uult ubicꝫ, quouis tpe, quouis modo dici, ita ut etiã gaudeat Chr̃m prædicari ꝓ occaſiõem & inuidiã, palamꝙ teſtet̃ ipſo uerbo, Quouis modo Chriſtus p̃dicet̃, ſeſe gaudere. Paulus loquit̃ de facto, & uſu doctrinæ, nẽpe de libertatis Chr̃ianæ iactatoribus, qui ſua quærentes, ſcãdali rationem & offenſionis infirmorꝫ, nullã habebãt. Veritas & doctrina ſemp palã, conſtãter prædicãda nunꝙ obliquanda, cælãdaue eſt, nullum eſt em̃ in ea ſcandalũ. Eſt em̃ uirga rectitudinis. Et quis tibi fecit poteſtatem aut ius dedit, doctrinæ Chriſtianæ locis, perſonis, tẽporibus, cauſis, alligandæ, cũ Chriſtus eam uelit liberrimam in orbe uulgari & regnare? Non eſt em̃ uerbũ deialligatũ, ait Paulus, Et Eraſmus uerbum alligabit? Nec dedit nobis Deus uerbũ, qđ locorꝫ, perſonarꝫ temporꝫ delectum habeat, cum dicat Chriſtus, Ite in uniuerſum mundum, nõ ait, ite aliquo & aliquo nõ, ſicut Eraſmus, Itẽ. Prædicate Euangelion omni creaturę, nõ ait, apd̃ aliq̃s, apd̃ aliq̃s nõ. Sũma, tu nobis, pſopolepſias, topolepſias, & tropolepſias, Chærolepſias in uerba dei miniſtrando præſcribis, cum

una

una hæc sit magna pars gloriæ uerbi, quod nulla est (ut Paulus ait) Prosopolepsia, & Deus personas non respicit. Vides iterꝝ, quam temere irruas in uerbum Dei, quasi tuas cogitationes & consilia longissime illi præferas.

37 ¶Iam si a te petamus, ut discernas nobis tẽpora, pſonas, & modos dicẽdi ueri, qñ definies? aũ suum clauso cõponet tpe fine, mundus, q̃ tu unam regulã certã statueris. Vbi interim manet docendi officiũ? ubi animæ docẽdæ? Et quõ posses? qui nec pſonaꝝ nec temporꝝ, nec modorꝝ, ratiõem ullam noris. Ac si maxime noris, hoĩm corda tamen non nosti, nisi is sit tibi modus, hoc tempus, hæc personoa, ut sic doceamus ueꝝ, ne Papa indignet̃, ne Cæsar̃ irascat̃, ne moueant̃ Põtifices & Principes, tum ne tumultus & motus fiãt in orbe, ne multi effundãtur & peiores fiant. Hoc quale sit cõsilium supra uidisti. Sed libuit ita uerbis inutilibus rhetoricari, ne nihil diceres. Quanto igit̃ nos miseri hoĩes, deo hãc tribueremus gſiam q̃ oĩm corda nouit, ut ipse dicendi ueri modũ, pſonas & tẽpora præscriberet. Ipse em̃ nouit, quid, quãdo, quomodo, cuiq; dicendum sit. Nunc uero sic præscripsit, ut Euangeliõ suum oĩbus necessarium, nullo loco, nullo tempore præscriberet̃, sed apud oĩes, oĩ tẽpore, omni loco predicaret̃. Et supra probaui ea quę in scripturis prodita sunt, talia esse, quæ oĩbus exposita & inuulgãda necessario & salubria sunt, sicut & i tua Paracleſi, meliore tũc q̃ nunc, consilio ipse statuisti. Hi qui animas redemptas nolũt, sicut Papa cũ suis illorꝝ esto, uerbum Dei alligare, & homines uita & regno cœlorum prohibere, ne ipsi intrent, nec alios

intrare sinant, quoꝝ furori tu Erasme hoc consilio tuo perniciose inseruis.

38 ¶ Eadem prudentia est, qua deinde cõsulis, nõ debere profiteri, si quid ꝑperam in cõsilijs esset definitum, ne ansa contẽnendi præberet̃ authoritatem patrũ. Hoc scilicet Papa uoluit a te dici, & audit libentius q̃ Euangelion, ingratissimus, si te cardinali pileo cum censibus nõ rursus honorarit. Sed interim Erasme, quid faciẽt animæ, iniquo illo statuto ligatæ & occisæ? Nihil hoc ad te? Veꝝ tu ꝑpe tuo sentis uł fingis te sentire, humana statuta posse citra periculũ, iuxta puꝝ uerbũ Dei seruari. Quod si possent, facile pedibus in tuã hãc sniam irẽ Si itaq; ignoras, iteꝝ dico, humana statuta nõ pñt seruari cũ uerbo Dei. Quia illa ligãt conscias, hoc soluit eas, pugnãtq; sibi mutuo, sicut aqua & ignis, nisi libere, id ẽ, ut nõ ligãtia, seruent̃, id qđ Papa nõ uult, nec potest uelle, nisi ꝑditũ & finitũ regnũ suũ uolet, qđ cõstat nõ nisi laqueis & uinculis consciaꝝ, quas euãgelion liberas asserit. Igit̃ patrũ authoritas susq; deq; faciẽda est, & statuta ꝑperã lata, qualia sunt om̃ia pręter uerbũ Dei definita, dirũpenda & ꝓijcienda sunt, Christus em̃ patrum authoritate potior est. Summa. Si de uerbo Dei sic sentis, impie sentis, si de alijs, nihil ad nos uerbosa disputatio cõsilij tui. Nos de uerbo Dei disputamus.

39 ¶ Vltima parte p̃fatiõis, serio nos deterrẽs ab isto gñe doctrinæ, arbitraris pene uictoriã tibi partã. Quid (inqs) ĩutili⁹, q̃ hoc paradoxon euulgari mũdo. Quicqd fit a nobis, nõ libero arbitrio, sed mera necessitate fieri? Et illud Augustini, Deũ opari bona & mala in nobis, sua bona opa remunerare in

nobis

nobis,&ſua mala opera punire in nobis. Diues hic es in reddēda uł potius expoſtulāda rōne. Quantū (inqs) feneſtrā uulgo hæc uox ꝓdita mortalibꝰ aperiret ad impietatē? Quis malus corriget uitā ſuā? Quis credet ſe amari a deo? Quis pugnabit cū carne ſua? Miror, qđ in tanta uehemētia & contētione nō etiā cauſæ meminerīs & dixeris. Vbi tū manebit liberū arbitrium? Mi Eraſme. Iterꝝ & ego dico, ſi hæc paradoxa, ducis hoīm cē inuēta, qđ contēdis? qđ æſtuas? cōtra quē dicis? an ē ullus in orbe hodie, q̄ uehemētius hoīm dogmata ſit inſectatus q̄ Lutherus? Igit̄ nihil ad nos iſta monitio. Si aūt Dei uerba eē credis ea paradoxa, ubi eſt frōs tua? ubi pudor? ubi, nō dico iā modeſtia illa Eraſmi, ſed timor & reuerētia deo uero debita? q̄ dicis, nihil inutilius dici poſſe hoc uerbo dei? Scilicet. Creator tuus a te creatura ſua diſcet, qđ utile & inutile ſit p̄dicatu, ac ſtultꝰ ille uł imprudēs Deus hactenꝰ neſcierit, qđ doceri oporteat, donec tu magiſter eius, modū illi p̄ſcriberes ſapiēdi & mandādi, quaſi ipe ignoraſſet, niſi tu docuiſſes, ſeq ad hoc paradoxon, q̄ tu infers. Si igit̄ deꝰ talia uoluit palā dici & in uulgari, nec ſpectari, qđ ſequeret̄, tu qs es, q̄ uetes? Paulus apl̄s in epła ad Roma. nō in angulū, ſed in publicū ac corā toto mūdo, liberrimo ore, eadē, etiā durioribꝰ uerbis palā diſſerit, dicēs. Quos uult, indurat. Et iterꝝ. Deus uolens notā facere irā ſuā &c̄. Quid durius (ſed carni) illo Chriſti uerbo. Multi uocati, pauci electi? Et iterꝝ. Ego ſcio, q̄s elegerim. Scilicet hęc oīa talia ſunt, te authore, ut nihil poſſit inutilius dici, q̄ uidelicet hinc ad deſperationē & odium & blaſphemiam prolabantur homines impij.

 ¶ Hic, ut uideo, scripturæ ueritatē & utilitatem pensandam & iudicādum esse censes, secundum sensum hoīm, eorumq; nō nisi impijssimoꝝ, ut quod illis placuerit ul' tolerabile fuerit uisum, id demū ueꝝ, id diuinum, id salutare sit. Quod cōtra, id mox inutile, falsum & perniciosum. Quid hoc cōsilio quæris, nisi ut uerba Dei pendeāt, stent, cadātq; arbitrio & authoritate hoīm? Cum cōtra scriptura dicat, arbitrio Dei, & authoritate, stare, cadere om̄ia, deniq; a facie dn̄i silere oēm terram. Sic loqui deberet, qui deum uiuum imaginaret̄ nihil eē, nisi leuem & imprudentē aliquem rabulam in aliquo suggesto declamantē, cuius uerba liceat, si uelis, quorsum libuerit, īterp̄tari, acceptare, refutare, scd̄m qd̄ uideret impios hoīes ill' moueri ul' affici. Plane hic ꝓdis, Mi Erasme, q̄ ex animo superius uenerandā diuinoꝝ iudicioꝝ maiestatē, suaseris. Vbi cū de scripturæ dogmatibus ageret̄, & nihil opus eēt, abstrusa & occulta reuereri, eo qd̄ nulla sint talia, satis religiosis uerbis, nobis Coricios specus interminabas, ne irrūperemus curiose, ut metu pene ab uniuersa scriptura legēda absterreres, ad quā legēdam sic urgent & suadēt Christus & apl'i, atq; tu ipse alibi. Hic uero ubi nō ad scripturæ dogmata, nec ad Coriceū specū solū, sed reuera ad reuerenda maiestatis diuinæ secreta ꝑuentū ē, nēpe cur sic operet̄, ut dictū est, ibi ruptis repagulis, irruis, tantum nō hlasphemās, quid nō indignatōis on̄dis erga Deum, quod tal' iudicij sui consilium & rationem non licet uidere? Cur hic non etiā obscuritates & ambiguitates p̄texis? Cur nō ab īquirēdis ill' cōtines ip̄e & absterres alios, quę de⁹ occulta nobis eē uoluit &

scri-

scripturis nō prodidit? Hic oportuit os digito cō-
pescere, reuereri quod lateret, adorare secreta ma
iestatis consilia, & cum Paulo clamare, O homo,
tu quis es, qui contendas cum deo?

4ī Quis (inqs) studebit corrigere uitā suam?
Rndeo, nullus hoim, neq; etiā ullus poterit, nā cor-
rectores tuos sine spū deus nihil morat̄. cū sint hy
pocritę, Corrigent̄ aūt electi & pij p spm̄ sctm̄, Ce
teri icorrecti pibūt, Neq; em̄ Augustin⁹ dicit nul
lor; aut oim opa bona coronari, sed aliquor;, ido
nō erūt nulli, q corrigāt uitā suā. Quis credet (in-
qs) a deo se amari? Rndeo, Nullus hoim credet, ne
q; poterit, electi uero credēt, cæteri nō credētes, p-
ibunt, indignātes & blasphemātes, sicut tu hic fa-
cis, Nō igit̄ nulli erūt, q credēt. Quod uero his do
gmatibus fenestra aperit̄ ad impietatē, esto, illi p-
tineant ad leprā supius dictā, tolerādi mali, Nihi-
lominus simul eisdē aperit̄ porta ad iustitiā & in-
troit⁹ ad cœlū & uia ad deū, pro pijs & electis. Qđ
si tuo cōsilio, istis dogmatibus abstinuerim⁹, & ho
minibus uerbū hoc dei abscōderim⁹, ut unusquis
q; falsa psuasione salutis illusus, Deū nō disceret ti
mere & humiliari, ut p timorem tandē ad grām et
amorē ueniret, tū pulchre clauserimus fenestrā tu
am, uer; loco eius aperiremus nobis & omnib⁹
ualuas, immo hiatus & uoragines, nō modo ad i-
pietatē, sed ad inferni profunda, Sic ipsi nec intra-
remus in cœlū, tum alios intrantes prohiberem⁹

4z Quæ igit̄ utilitas aut necessitas, talia iuul-
gandi, cū tot mala uideant̄ inde prouenire? Res-
pondeo, satis erat quidē dicere, Deus noluit ea uul
gari, uolūtatis uero diuinæ rationē quærendā nō

esse

esse,sed simplr adorãdã data glia deo, ꝙ cũ sit iu
stus & sapiens solus,nulli faciat iniuriã , nec stulte
aut temere qppiã agere possit licet nobis longe se
cus appareat,hac responsione pñ sunt cõtenti. Ta
men ut ex abundãtia supererogemus,Duę res ex
igunt talia p̃dicari,Prima est humiliatio nostræ su
perbiæ & cognitio gr̃æ dei,altera ipsa fides Chri
stiana,Primũ,deus certo promisit humilitatis,id ẽ
deplaratis & desperatis,grãm suã. Humiliari ue
ro penitus nõ p̃t hõ,donec sciat,prorsus extra su
as uires,cõsilia,studia,uoluntatẽ,opa,oĩno ex al
terius arbitrio,cõsilio,uoluntate,ope,suã pende
re salutẽ,nẽpe dei solius,Siquidẽ,q̃diu p̃suasus fu
erit,sese ul'tantulũ posse pro salute sua, manet in
fiducia sui,nec de se penitus desperat, ideo nõ hu
miliat corã deo,sed locũ,tẽpus,opus aliquod sibi
p̃sumit ul'sperat,uel optat saltẽ, quo tandẽ pue
niat ad salutẽ. Qui uero nihil dubitat,totũ in uo
luntate dei pendere,is prorsus de se desperat, nihil
eligit,sed expectat operantẽ deũ,is proximus est
gr̃æ,ut saluus fiat, Itaqꝙ propter electos istauulgã
tur,ut isto mõ humilitati & in nihilũ redacti, salui
fiant, Cæteri resistunt humiliationi huic, immo
dãnant doceri hanc desperationẽ sui,aliqd ul' mo
dicłum sibi relinqui uolũt,qđ possint, Hi occulte
manent supbi & gr̃æ dei aduersarij. Hæc est(inq̃)
una ratio,ut pñ promissionẽ gratiæ humilitati co
gnoscant,inuocent & accipiant.

¶ Altera est,Q, fides est reꝝ nõ apparentiũ,Vt
ergo fidei locus sit,opus est,ut oĩa q̃ credunt̃,abs
condant̃, Nõ aũt remotius abscondunt̃, q̃ sub cõ
trario ꝙbiectu,sensu,experiẽtia, Sic deus dũ uiui
ficat,

ficat,facit illud occidendo, dū iustificat,facit illud reos faciendo,dū in cœlū uehit,facit id ad infernū ducendo,ut dicit scriptura, Dñs mortificat & uiuificat,deducit ad īferos & reducit .1. Reg. 2.de qbus nunc nō est locus prolixius dicendi, Qui nostra legerūt,habēt hæc sibi uulgatissima, Sic æternā suā clemētiā & misericordiā abscōdit sub æterna īra, Iustitiā sub iniqtate. Hic est fidei summus gradus,credere illū eē clemētē,q tā paucos saluat tā multos dānat,credere iustū, q sua uolūtate nos necessario;dānabiles facit,ut uideaī, referēte Erasmo,delectari cruciatibus miserorū & odio potius q̄ amore dignus. Si igit possem ulla rōne cōprehēdere,quomō is deus sit misericors & iustus,q tam tā īrā & inquitatē ostēdit,nō esset opus fide, Nūc cū id cōprehendi nō potest,fit locus exercendæ fidei,dū talia p̄dicantur,& inuulgantur,non aliter q̄ dum deus occidit,fides uitæ in morte exercet, Hæc nunc in præfatione satis.

48 Hoc mō rectius disputātibus in istis paradoxis cōsulit, q̄ tuo cōsilio,q̄ p silentiū & abstinentiā,uis illorū impietati cōsulere. Quo tñ nihil proficis,Nā si uel credas uel suspiceris eē uera (cū sint nō parui momēti paradoxa) q̄ est mortaliū insaturabilis cupido,scrutandarū secretarū rerū,tum|maxime,cū maxime occultatas uolumus, facies hac monitioue tua euulgata,ut multo magis nūc uelint omnes scire,an uera sint ea paradoxa, scilicet, tua contentione accēsi,ut nullus nostrū hactenus tantā ansam p̄stiterit ea uulgādi,quantā tu,hac religiosa & uehementi monitione,Prudentius multo feciſſes, si prorsus tacuisses de his paradoxis

cauēdis

cauendis,si uotū tuū ratū uoluisses,Actū est,post
q̄ nō prorsus negas eē uera,occultari nō potērūt
sed suspitione ueritatis oēs ad se inuestigāda alli
cient,Vel ergo nega illa eē uera,uel tu prior tace,
si alios tacere uoles.

¶Alterꝝ paradoxon,Quicqd fit a nobis, nō ar
bitrio lib.sed mera necessitate fieri breuiter uide
amus,ne ꝓnicioſissimū dici patiamur.Hic sic dico
Vbi id probatū fuerit,extra uires & cōsilia nr̄a,i
solius ope dei pēdere salutē nostrā,qđ infra i cor
pore disputationis spero me euictuꝝ,nonne clare
sequit̄,dū deus ope suo in nobis nō adest,oīa esse
mala q̄ facimus & nos necessario opari,q̄ nihil ad
salutē ualent?Si em̄ nō nos,sed solus deus operat̄
salutē in nobis nihil añ opus eius opamur saluta
re,uelimus,nolimꝰ.Necessario uero dico,nō coa
cte,sed ut illi dicunt necessitate īmutabilitatis, nō
coactiōis, hoc est,hō cū uacat spū dei,nō quidē ui
olentia,uelut raptus obtorto collo,nolēs facit ma
lū,quēadmodū fur aut latro nolēs ad pœnā ducit
sed spōte & libenti uolūtate facit,Verꝝ hāc liben
tiā seu uolūtatē faciendi, nō ꝑt suis uiribus omitte
re,cohercere aut mutare,sed ꝑgit uolēdo & lubē
do,etiā si ad extra cogat̄ aliud facere ꝑuim,tn̄ uo
luntas intus manet auersa,& indignat̄ cogēti aut
resistenti,Nō aūt indignaret̄,si mutaret̄,ac uolens
uim sequeret̄.Hoc uocamus mō necessitatē īmu
tabilitatis,id est,qđ uolūtas sese mutare & uertere
alio nō possit,sed potius irritet̄ magis ad uolēdū,
dū ei resistit̄,Quod probat eius indignatio, Hoc
nō fieret si eēt libera,uel haberet liberꝝ ar.Interro
ga experientiā, q̄ sint imꝑsuasibiles, q affecti ali

quare

qua re hærent, Aut si cædūt, ui uel maiore alteri⁹ us rei cōmodo cædūt, nūq̄ libere cędūt, Si aūt affe cti nō sunt, sinūt ire & fieri, q̄cunq; eunt & fiunt.

45 Rursus ex altera ꝑte, si deus in nobis opaī mutata & blāde assibilata ꝑ spm̄ dei uolūtās, iteꝝ mera lubētia & pronitate ac sponte sua uult & fa cit, nō coacte, ut nullis cōtrarijs mutari in allā pos sit, ne portis quidē inferi uinci aut cogi, sed pergit uolēdo & lubendo & amādo bonū, sicut antea uo luit & lubuit & amauit malū. Quod iteꝝ probat expientia, q̄ inuicti & cōstantes sint uiri sancti, dū ꝑuim ad alia coguntī, ut magis inde irritētur ad uolēdū, sicut ignis a uēto magis inflāmatī q̄ extin guitī, ut nec hic sit ulla libertas uel liberꝝ arb. alio sese uertēdi, aut aliud uolēdi, donec durat spūs & gr̄a dei in hoīe. Sūma, si sub deo huius seculi su⁹ mus, sine ope & spū dei ueri, captiui tenemur ad ipsius uolūtatē, ut Paulus ad Timotheon dicit, ut nō possimus uelle, nisi qđ ipse uelit, Ipse em̄ fortis est ille armatus, q̄ atriū suū sic seruat, ut i pace sint q̄s possidet, ne ullū motū aut sensum cōtra eū cō citent, alioq regnū Satanæ in se diuisum, nō staret qđ tm̄ Chrūs affirmat stare, idq; facimus uolentes & lubētes, pronatura uolūtatis, q̄ si cogerēt, uo⁹ luntas nō eēt, Nā coactio, potius est (ut sic dicam) Noluntas. Si aūt fortior supueniat, & illo uicto, nos rapiat in spoliū suū, rursus ꝑ spm̄ eius serui & captiui sumus (q̄ tm̄ regia libertas est) ut uelim⁹ & faciamus lubentes q̄ ipse uelit. Sic hūana uolūtas in medio posita est, ceu iumētū, si insederit deus, uult & uadit, q̄ uult deus, ut Psal. dicit, Fact⁹ sum sicut iumentū & ego semp̄ tecū. Si insederit satan

uult

uult & uadit, q̃ uult Satan, nec est in eius arbitrio, ad utrũ sessorẽ currere aut eũ q̃rere, sed ipsi sessores certant ob ipsum obtinendũ & possidendum.

47 Quid si ex tuis ipsius uerbis, q̃bus liberũ arb. asseris, probauero, nullũ eẽ liber̃ arb. ut conuincã, te ĩprudenter negare, q̃ tãta prudẽtia conaris affirmare, plane nisi hoc fecero, iuro, ut reuocata sint oĩa, q̃ cõtra te hoc toto libello scribo, & cõfirmata, q̃ cõtra me tua Diatribe tũ asserit tũ q̃rit? Tu liberi ar, uim, modiculã & talẽ facis, q̃ citra grãm dei, prorsus sit inefficax, Nõne agnoscis Iã quæro & peto, si gratia dei desit aut separetur ab illa ui modicula, q̃d ipsa faciet? Inefficax (inqs) est & nihil facit boni, Ergo nõ faciet, q̃d deus aut gratia eius uolet, Siquidẽ grã; dei separatã ab ea iã posuimus, Quod uero gr̃a dei nõ facit, bonũ nõ est, Quare sequit̃, lib. arb. sine gr̃a dei prorsus nõ liber̃, sed immutabilr captiuũ & seruũ esse mali, cũ nõ possit uertere se solo ad bonũ. Hoc stãte, dono tibi, ut uim lib. arb. nõ mõ facias modiculam, fac eã angelicã, fac (si potes) plane diuinã, si adiecerĩs tñ hanc illætabilẽ appẽdicẽ, ut citra grãm dei, ĩefficacẽ dicas, mox ademeris illi oẽm uim. Quid est uis inefficax, nisi plane nulla uis? Itaq; dicere, liber̃ arb. eẽ, & habere uim quidẽ, sed inefficacẽ, est id, q̃d Sophistæ uocant oppositũ in adie&o, ac si dicas liber̃ arb. est, q̃d liber̃ nõ est Sicut, si ignẽ frigidũ & terrã calidam dixeris, Habet sane ignis uim caloris, uel infernalis, si nõ ardet neq; urit, friget uero & frigefacit, ne ignis quidẽ, multo min⁹ calidus mihi dicet̃, nisi pictũ aut fictũ ignẽ uolueris habere, At si uim liberi arb. eã diceremus, qua

homo

homo aptus est rapi spū & imbui gratia dei, ut q̄ sit creatus ad uitā uel ad mortē æternā, recte dicetur, hanc em̄ uim, hoc est, aptitudinē, seu ut Sophistæ loquunt̄ dispositiuā qualitatē & passiuam aptitudinē, & nos cōfitemur, quā non arboribus, neq; bestijs inditā eē, q̄s est, qui nesciat? neq; enim pro anseribus (ut dicitur) cœlum creauit.

¶ Fixū ergo stat etiā tuo ipsius testimonio, Nos oīa necessitate, nihil arb. lib. facere, dū uis lib. arb. nihil ē, neq; facit, neq; p̄t bonū, absente gr̄a, Nisi efficaciā uelis noua significatiōe dicere, p̄fectionē quasi lib. arb. incipere quidē ac uelle possit, sed nō p̄ficere, q̄d nō credo, Ac postea de hac re latius. Sequit nūc, lib. arb. eē plane diuinum nomē, nec ulli posse cōpetere q̄; soli diuinę maiestati, ea em̄ p̄t & facit (sicut Psal. canit) Oīa q̄ uult in cœlo & in terra. Q; si hoībus tribuit̄, nihilo rectius tribuit̄, q̄ si diuinitas quoq; ipsa eis tribueret̄, quo sacrilegio nullū esse maius possit. Proinde Theologoꝝ erat ab isto uocabulo abstinere, cū de humana uirtute loqui uellēt, & soli deo relinquere, deide ex hoīm ore & sermone idip̄m tollere, tanq̄ sacrū ac uenerabile nomē deo suo asserere. Atq; si oīno aliquam uim tribuerēt hoībus alio uocabulo, q̄ liberū arb. docerēt nominā dā, p̄sertim cū nobis cognitū perspectūq; sit, misere falli ac seduci eo uocabulo populū, ut qui longe aliud audit & concipit eo uocabulo, q̄; Theologi sentiunt & disputant. Est enim magnifica nimis & amplissima plenaq; uox liberi arb. qua populus putat eā uim significari (sicut & uis & natura uocabuli exigit) q̄ libere possit in utrūq; se ꝟtere neq; ea uis ulli cedat uel subiecta sit.

Quod

Q; si sciret, hoc sec⁹ habere, & modicula scintilla uix ea significari, eaq; prorsus inefficace se sola captiua & seruа diaboli, mir;, si nō sapidaret nos, tanq̄ illusores & deceptores, ut q aliud sonemus, aliudq; longe significemus. imo necdū cōstet aut conueniat, qd significemus. Qui em̄ sophistice loquit (ait Sapiens) odibilis est, maxime si id in reb⁹ pietatis facit, ubi de salute æterna periculum est.

49 Cū ergo significationē & rē uocabuli tam glorioſi amiserimus, immo nunq; habuerim⁹ (qd Pelagiani uoluerūt & ipsi hoc uocabło illusi) qd inane uocabulū tā ptinaciter retinemus, in periculū & illusionē fidelis popli? nō alia sapientia, q; nūc reges & principes, inanes titulos regnor; & regionū q; uł retinent uł sibi uendicant & iactant, cū interim pene mendici sint, ac nihil minus q̄ ea regna & regiones habēt. Ver; hoc tolerabile, qn̄ neminē fallūt aut ludunt, sed seip̄os uanitate pascunt, nullo sane lucro. At hic periculum salutis & illusio nocentissima est. Quis nō rideat uł odio potius habeat intēpestiuū illū uocabłor; innouatorē, qui cōtra oim usum, īducere tentet eū modum loquēdi, ut mendicū uocet opłentū, non q; aliqd opū habeat, sed forte rex aliquis illi suas donare posset, facere et q; id uelut serio, nulla figura locutionis, scilicet uł antiphrasi uł ironia? Sic ægrotum usq; ad mortē, pfecte sanū, ita sane, qa alter illi posset suā sanitatē dare. Itē, si illiteratissimū idiotā, uocet literatissimū, qa alter quispiā literas forte dare posset. Ita & hic sonat, Homo est liberi ar. ita sane, si deus illi suū concederet. Hoc abusu loquendi, quilibet de quolibet sese iactare posset. Vt ille

est dñs

est dñs cœli & terræ, si deus hoc ei donaret. At hoc non Theologorꝫ, sed Histrionũ & quadruplatorꝫ. Nostra uerba debẽt eẽ, propria, pura, sobria, & ut Paulus dicit, sana & irreprehensibilia.

50 ¶Quod si oĩo uocẽ eam omittere uolumꝰ, qđ eẽt tutissimũ & religiosissimũ, bona fide tñ eatenus uti doceamus, ut hoĩ arbitriũ liberꝫ nõ respectu superioris, sed tm̃ inferioris se rei concedat̃, hoc est, ut sciat sese in suis facultatibus & possessiõibus habere ius utẽdi, faciẽdi, omittẽdi pro lib. arb. licet & idipsum regat̃ solius dei lib. arb. quocunqꝫ illi placuerit. Cæterꝫ erga deũ, uel in rebus, quæ ptinẽt ad salutem uel damnationẽ, nõ habet lib. ar. sed captiuus subiectus & seruus est, uel uolũtatis dei, uel uoluntatis Satanæ. Hæc dixi de capitibus præfatiõis tuæ, q̃ & ipsa ferme totã cãm cõplectunt̃ magis pene q̃ sequẽs corpus libelli. Veruntamẽ summa horꝫ fuit, q̃ breui hoc dilẽmate potuisset expediri. Aut tua p̃ fatio de uerbis Dei, aut de uerbis hoĩm querit̃. Si de uerbis hoĩm, tota frustra scripta est, nec ad nos ptinet. Si de uerbis Dei, tota impia est. Proinde utilius fuisset, ut de eo diceret̃, an essent uerba Dei, uel hominum, de quibus disputamus. Hoc autẽ sequẽs forte proœmium & ipsa disputatio tractabit. Quę uero in Epilogo prefationis retexis, nihil mouent, ut quod fabulas uocas & inutilia dogmata nostra, esse potius exemplo Pauli docendum Christũ crucifixum, sapientiam inter perfectos docẽdam. Esse scripturæ suam linguam pro modo auditorum uarie attemperatam, ut prudentiæ & charitati doctoris relinquendam ducas, qui doceat, quod expediat proximo. Oĩa inepte dicis, & ignoranter.

Nam & nos nihil nisi Iesum crucifixum docemus. At Christus crucifixus hęc om̄ia secū affert, ip̄amq; adeo sapiam inter perfectos, cum nll'a sit alia sapia inter Christianos docēda, q̄ ea quæ abscōdita est in mysterio & ad perfectos ꝑtinet, nō ad pueros Iudaici & legalis ppl'i sine fide in opibus gl'iantis. j. Cor. .2. sentit Paulus, nisi ut Christum crucifixum docere aliud nihil uis intelligi, q̄ has literas sonare, Christus est crucifixus. Iam qd̄ Deus irascit̄, furit, odit, dolet, miserescit, pœnitet, quoꝝ tamē nullū in Deum cadit. Hic nodus in scirpo quæritur. Neq; enim hæc scripturam faciunt obscuram, aut uarijs auditoribus attemperādam, nisi qd̄ delectat obscuritates facere, ubi nullæ sunt. Grāmatica em̄ ista sunt & figuris uerboꝝ composita, quæ etiam pueri norunt. Nos uero de dogmatibus, nō de grammaticis figuris agimus in hac causa.

5j ¶ Ingressurus igit̄ disputatōem. Promittis acturꝝ te scripturis canonicis, quando quidē Lutherus nullius præterea scriptoris authoritate tenetur. Placet, & accipio ꝓmissum, quanq̄ nō id promittis eo consilio, quod inutiles eo sdē scriptores ad causam iudices, sed ut frustraneū laborē nō subeas. Nā nō satis probas hāc meā ul' audaciā ul' quo noīe appellandū est hoc meū institutū. Mouet em̄ te nō nihil, tam numerosa series eruditissimoꝝ uiroꝝ, tot seculoꝝ consensu approbatoꝝ, inter quos fuerūt, peritissimi sacraꝝ literaꝝ, itē sanctissimi, aliq martyres, ml'ti miracl'is clari. Adde recentiores theologos, tot Academias, Cōcilia, Ep̄os, Pōtifices. Sūma, ex parte stat, eruditio, ingeniū, ml'titudo, magnitudo, altitudo, fortitudo, sanctimonia, miracl'a, & qd non

non? Ex mea uero parte unus Vuicleff & alter Laurentius Valla, quanq̃ & Augustinus, quẽ præteris, meus totus est. Sed illi nihil ponderis habent præillis. Reliquus est Lutherus unus, priuatus nuper natus, cum suis amicis, in quibus nec tanta eruditio, nec tantum ingeniũ, nec mꝛitudo, nec magnitudo, nec sanctimonia, nec miracla, ut q ne claudum qdẽ equũ sanare queãt. Scripturã oñtãt, quã tñ dubiam habẽt, eque ut altera pars, deinde sprñ iactãt, quẽ nusquã ostendunt. Et alia quæ tu plurima fando, enumerare uales. Nihil igitur apud nos, q̃ ut lupus ad deuoratam philomelam dixit. Vox es, præterea nihil. Dicunt em̃, & hoc solo, ais, sibi credi uolunt. Fateor, Mi Erasme, nõ immerito te istis omnibus moueri. Ego ultra decẽniũ istis sic motus sum, ut nullum alium arbitrer esse, qui æque sit istis permotus. Eratq; mihi incredibile ipsi, hãc Troiam nostram, tanto tẽpore, tot bellis inuictam, posse aliqñ capi. Et testor Deũ in animã meã, pseueraſſem, adhuc hodie sic mouerer, nisi urgẽte conscia, & euidẽtia rerum me in diuersum cogeret. Potes sane cogitare, nec mihi saxeum esse pectus, atq; si saxeum esset, tamen tantis fluctibus & æstibus luctatum & collisum potuisse liquescere, dum id auderem, quo facto, uidebam omnem illoꝝ authoritatẽ quos recensuisti, super caput meum nelut diluuium inundaturam. Sed nõ est nunc locus, meæ uitæ aut operum historiam texere, nec ut nosipsos commẽdare mus, hęc suscepta sunt, sed ut gr̃am dei extollerem⁹. Quis sim, & quo spũ, & consilio in istas res captus sim, illi cõmendo, q scit, hęc oñia, suo, nõ meo arbitrio libero gesta, q̃uis & ipse mundus id iam dudũ

sensisse deberet. Et plane in odiosum locū istō exor
dio cōiicis, ut nisi meipm iactauero & tot prēs uitu
perauero, nō facile me expediā. Sed breuiter dicā.
Eruditiōe, ingenio, mltitudine, authoritate & oibus
alijs, etiam te iudice, cædo. Quid aūt sit oñsio spūs,
qd miracla, qd sanctimonia, hęc tria si a te requirā,
quātum ex literis & libris tuis te noui, imperitior,
& ignorātior uideberis, q̄ ut ulla sylla queas osten
dere. Aut si urgeam & postulem, quem nam inter
omēs illos quos iactas, certo possis monstrare, san
ctum fuisse uł eē, aut spiritū habuisse, aut uera mira
cula ędidisse, arbitror te mltum, sed frustra sudatu
rum eē. Multa loqueris ex usu & publicis sermoni
bus accepta, quæ nō credis, quantū amittāt fidei &
authoritatis, si ad iudiciū conscīæ uocent. Verē est
puerbiū. Multos in terra pro sanctis haberi, quor
animæ sunt in inferno.

¶ Sed donemus tibi, si uis, etiam omēs fuisse san
ctos, omēs hausisse spiritum, omēs feciſſe miracula
(quod tamē non petis) Hoc mihi dic, an in nomine
aut uirtute lib. arb. aut ad confirmandū dogma de
lib. arb. ullus eor fuerit sanctus, acceperit spiritum
ędiderit miracula? Absit (inquies) sed in nomine &
uirtute Iesu Chri & p dogmate Chri, facta sunt hęc
oīa. Quid igit sanctimoniā, spiritum, miracla eor,
p dogmate lib. arb. adducis? pro quo data & facta
nō sunt? Nostra igit sunt illorum miracula, spiritus
& sanctimonia, qui Iesum Christum, nō autē uires
aut opera hominū prædicamus. Quid iam mir,
si ń, qui sancti, spirituales, mirabiles fuerunt, aliquo
ties carne præeunti, locuti sunt & operati secundū
carnem, quando id & ipsis Apostolis sub ipso Chri
sto non

sto nō semel accidit: neq; em̄ tu negas, sed asseris li. arb. nō ee spiritus aut Christi negociū, sed humanū ita ut spiritus q Christū clarificaturus ꝓmissus est, utiq; nō posslit libe. arbi. prædicare. Si ergo patres aliquādo lib. arb. prædicauerunt, certe ex carne (ut fuerunt homines) nō ex spiritu dei sunt locuti, multo minus pro eo miracla ędiderunt. Quare inepta est legatio tua, de sanctimonia, spū & miraclis patrum, qđ ex ijs, nō lib. arb. sed Iesu Chri dogma cōtra lib. arb. dogma probetur.

¶Sed agite adhuc, q ex libe. arb. estis, & dogma eiusmodi uer, hoc est ex spū dei asseritis uenisse, adhuc, inquam, ostendite spiritū, ędite miracula, monstrate sanctimoniam. Certe uos, qui asseritis, hęc nobis negantibus debetis, a nobis, q negamus, spiritus, sanctimonia, miracla exigi nō debent. A uobis qui asseritis, debens. Quādo negatiua, nihil ponit, nihil est, nihil tenet ꝓbare, nec debet ꝓbari. Affirmatiua debet ꝓbari. Vos lib. arb. uim & rē humanā affirmatis, sed nullū hactenus est uisum aut auditū miraculū a deo, ꝓ ullo dogmate rei humanæ, sed solū ꝓ dogmate rei diuinæ. Nobis aūt mandatū est, prorsus nullū dogma admittere, signis diuinis nō ante ꝓbatū. Deut. 18. Quin scriptura hoiem uocat uanitatē & mēdaciū. Qđ aliud nihil est, q̄ oīa hūana esse uana & mendacia. Agite igit̄. Agite, inq̄ ꝓbate dogma uestrum de uanitate humana & mēdacio esse uerum. Vbi hic ostēsio spiritus? ubi sanctimonia? ubi miracla? Ingenia, eruditionē, authoritatē uideo, sed ea & gentibus dedit Deus. Nec tñ uos ad magna miracla cogemus, nec ad equū clau dum sanandū, ne causeminī carnale seculū, quanq̄

deus sua dogmata miraculis cõfirmare soleat nul
lo respectu carnalis seculi, neq; em̃ seculi carnalis
meritis uel demeritis mouet̃, sed mera misericor
dia, gratia & amore animaꝝ solida ueritate stabi-
liendaꝝ in gloriam suã. Electio uobis datur mira
culi quantũlibet parui faciendi. Quin ego uestrũ
Baal irritaturus insulto & prouoco, ut uel unã ra-
nam creetis in noĩe & uirtute liberi arb. quarum
tamen gentiles & impij Magi in Aegypto potu-
erunt multas creare, non enim pediculis creandis
grauabo uos, quos nec illi educere potuerunt Di
cam adhuc leuius, capite uel unum pulicem ul' pe
diculum (quando nostrum deum tentatis & ride-
tis in sanando equo claudo) & coniunctis omnib⁹
uiribus, conflatisq; omnibus studijs, tam dei ue-
stri q̃ uestrorum omnium, si poteritis illum occide
re, in nomine & uirtute liberi arb. uictores estote
& defensa sit causa uestra, mox ueniemus & nos
adoraturi deum illum, mirabilem interfectorẽ pe
diculi, Non ꝙ negem uos posse & montes trans-
ferre, Sed quod aliud sit quippiam ex ui liberi ar
bitrij factũ dici, & aliud idipsum probari.

55 Quod aũt de miraculis dixi, idẽ de sancti-
monia dico, Si poteritis in tanta serie seculoꝝ, ui-
roꝝ, & omniũ quæ memorasti, ostendere unum
opus (sit etiã leuare stipulã de terra) aut unũ uer-
bũ (sit uel syllaba My) uel unũ cogitatũ ex ui libe.
arb. (sit uel tenuissimũ suspiriũ) quo uel applicu-
erunt se ad grãm, uel quo meruerunt spm̃, uel quo
impetrauerũt ueniã, uel quo aliqd cũ deo egerũt,
quantũuis modiculũ (taceo, quo sanctificati sint)
Iteꝝ uictores uos estote, & nos uicti, Ex ui (inquã)
& no

& noīe lib. arb. Nam quæ fiunt in hoībus ui creā-
tionis diuinæ, habēt scripturæ testimonia abunde.
Et certe id ostēdere debetis, ne ridiculi doctores ui-
deamini, q̄ de ea re dogmata, cū tanto supercilio &
authoritate spargitis in mundū, cuius nullum pro-
ducatis monumentum. Somnia em̄ dicent̄, ad quę
nihil sequitur, qđ longe turpissimū est, tantis & tot
seculoꝝ uiris eruditissimis & sanctissimis & mira-
culosis. Tum Stoicos uobis præferemus, q̄licet &
ipsi descripserunt sapientem, qualem nunq̄ uide-
runt, tamē partē aliquam conati sunt exprimere.
Vos prorsus nihil ne umbram qdē uestri dogma-
tis exprimere potestis. Sic de spū dico. Si ex oībus
assertoribus lib. arb. ostēdere potestis unū, q̄ tātillū
robur animi uł affectus habuerit, ut in noīe & uir-
tute lib. arb. unū obulum contēnere, uno bolo care
re, unum uerbum uł signum iniuriæ ferre potuerit
(nam de contēptu opum, uitæ, fame nihil dicam)
iteꝝ palmam habete & sub hastā libenter ibimus.
Atq̄ idip̄m uos, qui tāta bucca uerboꝝ uim liberi
arbitrij iactatis, nobis exhibere debetis, aut iterum
de lana caprina uidebimini statuere, aut ut ille, in
uano theatro ludos spectare. Ego uero cōtrarium
uobis facile ostendam. Quod uiri sancti, quales ia-
ctatis, quoties ad Deum oraturi uł acturi accedūt,
q̄ penitus obliti incedant libe. arb. sui, desperantes
de semetipsis ac nihil nisi solam & puram gratiam
longe alia meritis sibi iuocantes. Quał sæpe Augu
stinus. Quał Bernardus cū moriturus diceret. Per-
didi tēpus meum, quia perdite uixi. Nō uideo hic
allegari uim aliquam, quæ ad gr̄am sese applicet,
sed accusari oēm uim q̄ nō nisi auersa fuerit. Quā-
q̄

illi ipſi ſancti aliquãdo inter diſputandũ aliter de li bero arb. locuti ſunt, ſicut uideo oibus accidiſſe, ut alĩ ſint, dum uerbis aut diſputatõibus intenti ſunt & alĩ dum affectibus & operibus, illic dicũt aliter q̃ affecti fuerũt ante, hic aliter afficiũt q̃ dixerũt an te. Ex affectu uero potius q̃ exſermõe metiẽdi ſunt homines, tam pĩ q̃ impĩ.

56 ¶Sed adhuc amplius uobis donamus mi racla, ſpm, ſanctimoniam nõ exigimus, ad ipm do gma reuertamur. Hoc ſolũ petimus, ut ſaltẽ id no bis indicetis, qđ nam opus, qđ uerbũ, quẽ cogitatũ illa uis lib. arb. moueat, uł conet uł faciat, ut appli cet ſeſe ad grãm. Nõ em̃ ſatis eſt dicere. Eſt uis, Eſt uis, Eſt uis quædã lib. arb. quid em̃ dictu facilius? nec hoc ẽ uiroꝝ eruditiſſimoꝝ & ſanctiſſimoꝝ, tot ſeculis approbatoꝝ, ſed nominandus eſt infans (ut aiũt germanico, puerbio) definiendũ, quę ſit illa uis quæ faciat, qd patiat, qd accidat. Exẽpli cauſa, craſ ſiſſime em̃ dicã, hoc quęrit. An illa uis uł orare, uel ieiunare, uł laborare uł corpus fatigare, uł eleemo ſynam dare, uł aliud hmõi debeat, uł conet. Si em̃ uis eſt aliquid operis molier. Sed hic eſtis ranis Seri phĩs et piſcib⁹ magis muti Et quõ definiretis? cũ ue ſtro ipſoꝝ teſtimonio, ſitis adhuc de ipſa ui incerti, uarii inter uos & inconſtantes uobiſipſis. Quid fiet de definitõe, cum definitum ipm ſibi non conſtet? Sed eſto, qđ poſt annos Platonis, aliqñ inter uos de ui ipſa conueniat, tum definiat, eius opus eſſe, ora re, ieiunare, uł aliquid tale, qđ adhuc forte in Plato nicis ideis latet. Quis nos certos faciet, id eſſe ueꝝ, id placere deo, noſq; tuto rectũ agere? preſertim, cũ ipſi fateamini, eẽ rẽ humanã, q̃ ſpũs teſtimoniũ non

habet, ut q̃ philosophis iactata & in mũdo fuerit anteq̃ Chr̃s ueniret & spũs de cœlo mitteretur, ut certissimũ sit, non de cœlo missum, sed e terra iam ante natũ hoc dogma, ideo magno opus testimonio, ut certum & uerum esse confirmetur.

¶ Simus ergo nos priuati & pauci, uos uł publicani & multi, nos rudes, uos eruditissimi, nos crassi, nos ingenioſi, nos heri nati, uos Deucalione antiqores, nos nunq̃ recepti, uos tot seculis approbati. Denicq; nos peccatores, carnales, socordes, uos sanctimonia, spũ, miraculis metuendi uł ipsis dæmonibus, saltẽ ius Turcarũ & Iudæorũ nobis p̃mittite, ut rationẽ dogmatis uestri postulem⁹, qđ Petrus uester uobis mandauit. Postulamus autẽ modestissime, scilicet q̃ non exigimus sanctimonia, spũ, miraculis ip̃m probari, qđ utiq; possem⁹ iure uestro, cum ipsi hoc ab alĩs exigatis. Quin & hoc donamus, ne ullũ exẽplũ facti uł uerbi, uł cogitationis in uestro dogmate exhibeatis, sed id solũ doceatis, ip̃m dogma saltẽ declaretis, qđ p̃ ip̃m intelligi uelitis, qua forma, si uos nõ uultis, uł non potestis, saltẽ nos tenemur exẽplũ eius ædere. Imitamini uł Papã cũ suis, qui dicunt. Quæ dicimus facite, secundũ opera uero nr̃a nolite facere. Ita & uos dicite. Quod opus illa uis reqrat fieri, nos accingemur uobis ocio relicto. An nõ hoc saltẽ impetrabimus uobis? Quo plures estis, q̃ antiquiores, quo maiores, & quo oĩbus nominibus potiores q̃ nos, hoc turpius uobis est, ut nobis, q̃ oĩbus modis nihili sumus corã uobis, dogma uestrum discere & facere uolentibus, nõ possitis, miracło, uł pedicli occisi, uł spũs ullo affectulo, uel sanct

bi

moniæ ullo opuſculo, probare, ſed nec ullius fa-
cti uel uerbi exēplū oſtēdere, Deinde qđ inauditū
eſt, nec ipſam dogmatis formā ut intelligentiā de-
clarare, ut ſaltē nos imitaremur. O feſtiui magi-
ſtri lib. arb. Quid iā uos eſtis, niſi uox, p̄terea nihil?
Qui nūc ſunt Eraſme illi, q ſpm̄ iactant, & nihil o-
ſtendūt, q dicūt ſolū, ac mox ſibi credi uolūt? Nō-
ne tui illi ſunt, ſic in cœlū uecti? qui ne dicitis qui-
dē, & tanta iactatis & exigitis. Rogamus itaq; per
Chriſtū, Mi Eraſme, tu cū tuis, nobis ſaltē concedi
te, ut periculo conſcientiæ noſtræ abſterriti, liceat
metu trepidare, uel ſaltē aſſenſum differre dog-
matis, qđ tu ipſe uides eē nihil, niſi inanē uocē, &
ſtrepitum ſyllabaꝝ, ſcilicet, Vis lib. arb. eſt, Vis li-
be. arb. eſt, etiā ſi ad ſummū ueneritis & oīa ueſtra
probata ſint & cōſtent, Deinde adhuc incertum
apud ipſos tuos, an ea uox ſit uel nō ſit, cū ipſi in-
ter ſeſe uarient & ſibi ipſi, nō conſtent, Iniquiſſimū
eſt, immo longe miſerrimū, ſolo phantaſmate uo
culæ unius, eiuſdēq; incertæ, noſtras conſcientias
uexari, quas Chr̄s ſanguine ſuo redemit, Ac niſi
uexari nox ſinamus, rei accuſamur ſup̄biæ inaudi
tæ, q̄ tot patres tot ſeculoꝝ contempſerimus, qui
lib. arb, aſſeruerint, cū uerius, ut ex dictis uides,
nihil prorſus lib. arb. definierint, ac ſub p̄textu &
nomine illoꝝ, lib. arb. dogma erigē, cuius tm̄ ne-
q; ſpeciem nec nomen poſſunt oſtendere, & men-
daci uocabulo ſic deludunt orbem.

57 Atq; hic, Eraſme, tuū ipſius cōſiliū appella
mus, q ſupra ſuaſiſti, eſſe omittendas eiuſmodi q̄-
ſtiones, ac potius docēdū Chr̄m crucifixū, & q̄ ſa-
lutis ſint ad Chriānā pietatē, Hoc em̄ iā dudū nos q̄
rimus

rimus & agimus. Quid em̃ nos cõtendimus aliud q̃ ut ſimplicitas & puritas doctrinæ Chriſtianę regnet, relictis & neglectis iis, q̃ p hoĩes iuxta inuenta & introducta ſunt? Sed tu q cõſulis talia nobis, ipſe nõ facis, immo cõtrariũ facis, ſcribis Diatribas, decreta põtificũ celebras, autoritatẽ hominũ iactas, & oĩa tẽtas, ut nos rapias in iſta pegrina & aliena a ſcripturis ſctis ac nõ neceſſaria uoluas, ut ſimplicitatẽ & ſynceritatẽ pietatis Chr̃ianæ corrũpamus & cõfundamus hoĩm additamentis. Quo facile intelligim⁹, nec ex aĩo te iſta nobis cõſuluiſſe, uec quicq̃ ſerio te ſcribere, ſed inanib⁹ bullis ỹborũ tuorũ cõfidis te orbẽ poſſe duci quocũq; uis, & tamen nusq̃ ducis, cum nihil prorſus dicas, niſi meras cõtradictiones p oĩa & ubiq;, ut rectiſſime dixerit, q te ipſiſſimũ Protheon aut Vertumnum appellauit, aut ut Chriſtus dicit, Medice cura teipſum, Turpe ẽ doctori quẽ culpa redarguit ipm̃,

58 Donec igit̃ ueſtrã affirmatiuã probaueritis, ſtamus in nr̃a negatiua, & ſub iudice etiã toto illo choro ſanctorũ quẽ tu iactas, ul⁹ poti⁹ toto mũdo, audemus & gloriamur, id qđ nihil eſt, nec qđ ſit, mõſtrari certo p̃t, oportere nos nõ admittere, Atq; uos oẽs eẽ incredibili p̃ſumptione uel inſania, q a nobis id ipſum exigatis admitti, nulla cauſa, niſi qa uos multos, magnos, antiq̃s, id qđ nihil eſſe ipſi fatemini, aſſerere delectat, q̃ſi res ſit Chriſtianis magiſtris digna, miſerũq; pp̃m in re pietatis, eo q̃ nihil eſt, ac ſi magni ad ſalutẽ momenti foret ludere. Vbi nũc eſt illud Græcorũ ingenierũq; acumen, qđ hactenus, ſaltẽ bella aliqua ſpecie fingebat mendacia, hic aperto & nudo ſermone mẽtit?

Vbi

Vbi latina illa industria Græce æquata, q̄ sic ludit & ludit uocabulo uanissimo? Sed sic cōtingit im prudentibus, uł malignis lectoribus librorꝫ, dū ea q̄ sunt infirmitatis in patribus & sanctis, faciūt o mnia eē summæ autoritatis, ut culpa ista nō sit au torꝫ, sed lectorꝫ. Ac si qs sanctimonia & autorita te sancti Petri nixus, cōtenderit oīa q̄ S. Petrus un q̄ dixit, eē uera, ut etiā illud pſuadeat eē uerꝫ, quod Matthæi. 16. ex carnis infirmitate ſuaſit Chr̄o, ne pateret, aut illud, ubi iuſſit Chr̄m exire a ſe de na ui, & mł̄ta alia, in qbus ab ip̄o Chr̄o reph̄enditur.

59 Similes ſunt, q̄ eiuſmodi ſunt, illis, q̄ riden di gr̄a garriunt, nō eē oīa uera, q̄ ſunt in Euange lio, & apprehēdunt illud Iohan. 8. ubi Iudæi dicūt ad Chriſtū, Nōne bene dicimus nos, q̄ Samarita nus es & dæmoniū habes? Vel illud. Reus ē mor tis. Vel illud. Hunc inuenimus ſubuertentē gentē noſtrā, & prohibentē tributa dari Cæſari. Idē fa ciunt, diuerſo quidē fine, nec uolūtate, ut illi, ſed cæcitate & ignorātia liberi arb. aſſertores, q̄ ex pa tribus id, qđ infirmitate carnis lapſi pro lib. arbi. dixeruut, ita apprehēdunt, ut etiā opponāt ei, qđ alio loco ī̄dē patres fortitudine ſp̄ūs cōtra liberū arb. dixerunt, tū urgent mox, & cogūt, ut melius cedat deteriori. Ita fit, ut autoritatē deterioribus dictis tribuant, q̄a faciunt ad ſenſum carnis ſuę, & adimant melioribus, q̄a faciunt cōtra ſenſum car nis ſuæ. Cur nō potius eligimus meliora? Talia e nim mł̄ta ſunt in patribus. Et ut exēpli aliq̄d affe rā. Quid carnalius? immo qđ magis impiū, ſacri legū, & blaſphemū dici p̄t, q̄ id qđ Hieronymus ſolet, Virginitas cœlū, cōiugiū terrā replet, q̄ſi Pa

triarchis

triarchis & aplis ac christianis cõiugibus terra, nõ cœlũ debeat, aut uirginibus uestalibus in gentibus sine Chro, cœlũ debeat? Et tñ hæc & filia ex patribus colligũt Sophistæ, dũ nũero potius q̃ iudicio certãt, ut autoritatẽ illis parẽt, quẽadmodũ fecit insulsus ille Faber Cõstantiensis, q̃ margaritũ illud suũ, id est, Augiæ stabulũ nup̃ donauit publico, ut eẽt qđ pijs & eruditis nauseã cieret & uo-

60 Per hæc ad illud rñdeo, ubi dicis (mitũ Incredibile eẽ, ut deus ecclíæ suæ errorẽ dissimularit tot seclis, nec ulli sanctor̃ suor̃ reuelarit, id qđ nos cõtendimus eẽ doctrinæ euangelicæ caput? Primũ nõ dicimus errorẽ hunc eẽ in ecclía sua toleratũ a deo, nec in ullo suo sancto, Ecclía em̃ spũ dei regit̃, Sãcti agunt̃ spũ dei, Rom. 8. Et Chrũs cũ Ecclía sua manet usq̃ ad cõsummationẽ mũdi. Et ecclía dei est firmamentũ & colũna ueritatis, Hęc (inq̃) nouimus, Nã sic habet & symbolũ oim nostrũ, Credo ecclíam sanctã catholicã, ut impossibile sit, illã errare etiã in minimo articlo. Atq̃ si etiã donemus, aliq̃s electos in errore teneri in tota uita, tñ ante mortẽ necesse ẽ, ut redeãt in uiã, q̃a Chĩs dicit Ioh̃ã. 8. Nemo rapiet eos de manu mea. Sed hic labor, hic opus est, certo cõstare, an illi, quos tu ecclíam uocas, Ecclía sint, uł poti⁹ an tota uita errantes, demũ ante mortẽ sint reducti. Neq̃ em̃ sequit̃ statim. Si deus illos oẽs, q̃s adducis, quãta uis longa serie sector̃, eruditissimos uiros, passus sit errare, ergo ecclíam suã passus est errare. Vide populũ dei Israel, ubi in tanto regũ nũero & tẽpore, ne unus quidẽ rex nũerat̃, q̃ nõ erret. Et sub Elia ꝓpheta sic oẽs & omne qđ publicũ erat istius po-

puli

ut neget, quicq̃ boni posse uelle hominẽ, & tamen relinqui studiũ, qđ tñ suũ quoq; nõ sit. Iã cõparemus eã reliquis duabus, Altera em̃ illa durior est, quæ sentit lib. arb. nihil ualere nisi ad peccãdum, Hæc uero est Augustini, ut multis alijs locis, tũ ꝑprie libello de spũ & litera, capite (nisi fallor) quarto aut quinto, ubi illis ipsis uerbis utit̃. Tertia illa durissima, est ipsius Viglephi & Lutheri, eẽ lib. arb. inane nomẽ, oĩaq; q̃ fiũt, eẽ meræ necessitatis, Cũ his duabꝰ cõflictat̃ Diatribe, Hic dico, forte nõ sumus satis Latini uł Germani, ut rẽ ipsã nõ potuerimus edisserere, Sed testor deũ, aliđ nihil uolui dire, nec aliđ intelligi ꝑ uerba duaꝝ postremaꝝ opinionũ, q̃ id quod dicitur in prima opinione, Nec Augustinũ aliud uoluisse arbitror, nec aliter ex ipsius uerbis intelligo, q̃ quod prima dicit opinio, ita ut tres opiniones a Diatribe recitatæ, apđ me nõ sint nisi una illa mea sentẽtia. Postq̃ em̃ concessum ac ratũ est, lib. arb. amissa libertate, cogi ĩ seruitute peccati, nec posse quicq̃ uelle boni, ego ex his uerbis nihil aliud possum cõcipere, q̃ lib. arb. esse inanẽ uoculã, cuius res amissa sit, Amissam libertatẽ mea grãmatica uocat nullã libertatẽ, tribuere aũt libertatis titulũ ei, qđ nullã habet libertatẽ, est tribuere inane uocabulũ. Si hic erro, reuocet q ꝑt, Si sunt hæc obscura & ambigua, illustret & stabiliat q potest, Ego sanitatẽ amissam, nõ possum sanitatẽ appellare, nec si ægroto eã tribuero, aliud tribuisse uideor, q̃ inane nomen.

86 Sed facessant mõstra ꝟborꝝ, Quis em̃ ferat istũ abusum loquẽdi, ut hominẽ simul habere lib. arbitrium dicamus, & simul amissa liberta-

cogi in seruitute peccati ac nihil boni posse uelle, asseramus? pugnāt hæc cōmuni sensui, & tollunt prorsus usum loquēdi, Diatribæ potius accusanda est, q̄ dormitāter sua uerba effutit, & aliena nō obseruat, Nō inquā cōsiderat, qd sit & quantū ualeat dicere, Homo amisit libertatē, cogit̄ seruire peccato, nec potest quicq̄ uelle boni, Si em̄ uigilaret & obseruaret, plane uideret, unā eē triū opinionū sententiā, quas diuersas & pugnātes facit Nā q̄ amisit libertatē & cogit̄ seruire peccato, nec potest uelle bonū, qd de illo rectius inferet̄, q̄ necessario illū peccare uel malū uelle? Sic em̄ & Sophistę cōcluderent p̄ suos syllogismos. Quare Diatribe infeliciter nimis conflictat̄ cōtra duas postremas, dū primā probat, q̄ eadē est cū illis, iterq; more suo sese dānādo & nr̄a p̄bādo in uno eodēq; articlo.

¶ Veniamus nūc ad locū ecclesiastici, & cū ipso q̄q; cōparemus primā illā probabilē opinionem. Opinio dicit lib. arb. nō posse uelle bonū, Locus aūt ecclesiastici adducit̄ ad probandū lib. arb. aliqd eē & posse. Aliud igit̄ statuit opinio p̄ Ecclesiasticū cōfirmanda, & ad aliud allegat̄ Ecclesiasticus cōfirmadū, tanq̄ si qs probatur? sit, Christum esse Messiā, adducat locū, q̄ probet Pilatū fuisse p̄sidē Syriæ, aut aliud quippiā, qd dis diapason cōueniat. Sic et hic probat̄ lib. arb. ut taceā, qd supra exegi, nihil clare certoq; dici aut probari, qd sit, qd possit lib. arb. Sed dignū est totū eū locū p̄uidere, Primo dicit (Deus cōstituit hoiem ab initio) hic de creatiōe hois loquit̄, nec adhuc quicq̄ ul̄ de lib. arb. tuuel de p̄ceptis dicit. Sequit̄ (Et reliqt eū in manu cōsilij sui) Quid hic? an hic libe. arb. astruit? At ne hic q̄

hic quidē fit mētio de p̄ceptis, pro q̄bus lib. ar. exigit̄, nec quicq̄ de hac re legit̄ in creatiōe hoīs. Si igit̄ aliq̄d ꝑ manū cōsilij intelligit̄, id potius intelligit̄, q̄d Gene. j. & 2. hō cōstitutus est dn̄s rer̄, ut in illis libere dn̄aret̄, ut dicit Moses, Faciamus hominē, q̄ p̄sit piscibus maris. Nec aliud ex istis uerbis euinci p̄t, Ibi em̄ hō potuit in rebus suo arbitrio agere, ut sibi subiectis, Deniq̄ hoc uocat hoīs cōsiliū, uelut aliud a dei cōsilio. Post hæc uero, ubi sic cōstitutū & relictū hominē in manu cōsilij sui dixerat, prosequit̄, Adiecit mādata & p̄cepta sua Ad q̄d adiecit? nēpe ad cōsiliū & arbitriū hoīs & ultra illā cōstitutionē dominij hūani sup̄ res alias Quib⁹ p̄ceptis ademit hoī dn̄ium, una p̄te creaturar̄ (puta arboris sciæ boni & mali) ac poti⁹ nō liberū uoluit, Adiectis aūt p̄ceptis, tū uenit ad arbitriū hoīs erga deū & ea q̄ dei sunt, Si uolueris mādata cōseruare, conseruabunt te, &c.

SVMMARIVM QVODDAM INDICIŪ, eor̄, q̄ circa singulos nūeros in utroq̄ libello agunt̄, relatū tn̄ fere ad Hyperaspisten Erasmi, cui potissimum adijcitur.

1 Sūma libelli Lutheri on̄dit̄, q̄d q̄ ī nullū adhuc sit uirulētius scriptū, & ī eo mltas man⁹ apparere.

2 Duar̄ rōnū q̄ īpedierāt spm̄ Lutheri, admonet decuisse ip̄m alterā imitari, de fructibus obiter illius spiritus.

4 Frustra, dicit, timeri se solū, ab illo q̄ sit mltis cōiuratis stipatus, tutiusq̄ eē, manere cū eccl̄ia.

5 Nō eē cōtēptorē scripturar̄ q̄ om̄e solatiū habet in scripturis, eo q̄ aliq̄d autoritatis tribuat ecclesiæ, cōcilijs, pontificibus.

6 Locus de Scepticis refellitur.
17 Formula Christianæ mentis refellitur.
12 Nulli⁹ metu coactũ se ad scribẽdũ, sꝫ ꝓpt̃ cõ
sensũ eccl̃ię & dissectã & disgregatã sectã Luthe.
certa cõscia. Artificiũ Luth. oñdit̃, in deprauãdo,
detorquẽdo, calũniãdo, exaggerãdo quodlibet.
15 Sil̃itudies a Luthero adductę cõtra ip̃m faciũt
16 Similitudo de oratore & præceptis inepta
ad refellendum liberum arbi.
16 An nec̃ariũ a qbuslibet discuti q̃stionẽ de lib.
arb. Definitũ liberꝝ arb. qđ Lutherus negauit, Et
eum nõ recte distinguere inter uoluntates.
19 Luther⁹ nõ uidet̃ intellexisse illud, Oĩa fieri
necessario necessitate cõsequẽtiæ, sed nõ cõseq̃ntis
20 Stulte ipse etiã ex poetis docet liberꝝ arb. q
in alijs reprehendit.
22 Inique calumniat̃ Erasmus impietatis, eo q̃
doceat manendum cum ecclesia.
23 Optima eẽ suã causam, q̃ sit cũ eccl̃ia.
24 Sophista uaferrim⁹ Luth. q̃uis dissimulet
25 Non oĩa ĩculcãda auribus popl̃aribus, neq̃
quibuslibet uerbis efferenda.
26 Confessionem probat, quia recepit eccl̃ia.
30. Quędã minori malo tolerari q̃ tolli, Neq̃ ĩue-
ctũ his rõnib⁹ euãgeliũ, qb⁹ Luth. restituere uult.
36 Verꝝ an liceat dicere, & expediat apud quos
libet quouis mõ & tp̃e, Qũo hic tã deprauate uta
tur Lutherus scripturis.
37 Oportunitas docẽdę ueritatis, quã Luther⁹
nõ posse fieri asserebat, p̃scribitur.
38 Correctio ꝑperã cõstitutorꝝ modestissime fa
ciẽda. Tũ hũanę cõstitutões pñt cã Euãge. seruari
39 Pugnam sibi esse cũ asseueratione Lutheri

non cum uerbo dei.
41 Falso obijci qđ in ĩpijssimoꝝ grãm scribat.
41. Nusq̃ docuisse, ĩ q̊ eũ ĩsimlat Lu. absq; spũ posse corrigi uitã, ul amorẽ dei, eẽ siñ attractiõe ei⁹.
42 De duabus rationibus, cur putauerit dogma suum omnibus inuulgari.
48 Dilemmatis refutatio de diuulgãdo aut occultando paradoxo de Libero Arb.
45 Luther⁹ nõdũ euicto qđ assumpserat incipit añ tẽpus probare omniũ reꝝ necessitatem.
46 Reuocãdũ est Luthero si uult stare pacto. An soli deo tribuendũ Liberꝝ Arb.
49 Frigidę sil'itudies Lutheri fũt noĩe liberi ar.
50 Vitiosũ dilẽma disputatõis redactę ĩ cõpẽdiũ
51 Moneri se autoritate eccl'iæ, doctoꝝ, cõciliorũ, pontificũ, academiaꝝ. Hac cũ & se olim motũ fateat̃ Lutherus, petit doceri argumẽta q̃bus possit fides fieri certissima.
55 Opera facta ui liberi arbitrii.
56 Descriptam, qđ negat Lutherus Liberi Arbi. uim, naturam & actionem.
57 Falsa calumnia in Erasmũ, ꝙ auocet a Christianæ pietatis simplicitate.
58 De Græcis & Petro inepte adducta.
59 Qui eligant meliora ex libris sanctoꝝ, Blasphemæ cõparationes confundunt. Hieronymus inique calumniatus defenditur.
60 Lutherus dũ sanctos & ecclesiã occultã dicit, uult arrogare conuenticulis hæreticoꝝ autoritatẽ, quã eccl'iæ detrahit.
62. Quę eccl'ia, uel q̃ potus sancti appellandi
61 Erasmo alteri⁹ scripta hic subolet. (torib⁹
64 De duplici claritate scripture, & spũs iacta-

65 Non probat scripturæ claritas Deut. 17
66 Nullo loco posse euinci pspicuitatē scriptu⁹
67 Multis argumētis de⁹ (rę, adducto a Lut. claratur obscuritas scripturæ.
68 Dogma liberi arb. satis clarum, necp sine scripturis ab ecclesia assertum.
69 Cois sensus nō sufficit ad intellectū scripturaꝝ
70 De excæcatis in gliam Liberi Arb. somnia. De obscuritate scripturarum copiosius.
71 Nōdū captū Erasmū suis uerbis, q nō disputarit de Libero Arb. q̄si scripturę sup eo sint obscurę, uł ut dubius, sed ut Lutherꝝ cōfutaturus.
72 Per claras scripturas Liberꝝ Arbi. assertum. Falso iactare Lutherꝝ a sua parte stare Augustinū. Collatio utriusq partis.
73 Ad quid definitionem suam adhibuerit.
74 Excussionem sæuerā definitionis admittit.
75 Lutheri precatio non ex animo.
76.77.78 Illudunt cauillatiōes Lutheri de Erasmi impietate, & discutiuntur.
80 Distinctionum declaratio.
81. In distiguēdis opiniōes pres q̄ tres fecit Erasm⁹
82 Nō cepit Proteū Prote⁹ hoc capite, sicut gloriat Lutherus remittēs ad lectionem Diatribes.
83 Qui cōsistat aliqd agere Liberꝝ Arb. & tamē summā totius imputari gratiæ diuinæ.
85 Cōfudit hic opiniones Lutherus, & redit ad causationē nois, ł errās, uł qa hūc fateri erubescēs
86 Tuetur suam definitionem Erasm⁹, aliquot aphorismis rei summam ꝓponens.
Calumnias quasdā sibi intētas a Luthero refutat, eiusq inter hæc fructū doctrinæ ostendit.

FINIS.

Hyper⁹

HYPERASPISTES DIATRIbæ, aduersus Seruum Arbitriũ Martini Lutheri, per D. Erasmum Roterodamum.

Anno dñi M. D. XXVI.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.

PRodiit Seruũ Arbitriũ, titulo Martini Lutheri, sed elaboratũ a multis, multo tpe, nam ante annũ liber excudi cœpe rat, ut narrabãt, q prædicabãt se uidis se paginas aliq̃t, summaq; cura qd ipsa res indicat. Liber mihi sero redditus est, id q; casu, nã ipsi celabãt, ut saltẽ ad mẽses aliq̃t triũphũ agẽ rẽt, nõ solũ addicti Luthero, uerũ etiã utriq; inimici, mihi qdem ob bonas literas, illi uero ob improba ta dogmata. Temporis spatium quod dari poterat tum relegendæ Diatribæ, tum perlegendo Luthe ri libro, non tam prolixo, q̃ loquaci, tum respon sioni meę, nõ erat lõgius diebus decem, & redditus est iam defesso, atq; adeo etiamnum satagẽti in ab soluendis ꝯs, q̃uæ parabant in mercatũ proximũ. Eius rei certissimi testes sunt Basileæ, si qs mihi diffi dit. Et tñ quoniã sensi, q̃ insolẽter iam tum ad odorẽ huius libri qdã exultare cœperint, uisum est aliquã respõsionis partẽ, hisce nundinis Francfordiẽsibus, q̃uis tumultuariam ædere, quo moderatius agere tur istis triumphus ante uictoriam. Respõdimus au tem ad eam partem, qua pugnat cum præfatione meæ Diatribes, reliqua daturi per ocium elucubra tiora. Aliquoties capitum Lutheranæ disputatio nis numeros adiecimus in marginibus, quo facili us conferas quæ refellimus, si prius illius capita nu mero signaueris. Bene uale, & expecta in argumen tando, certiorem uictoriam. Basileæ, decimo Calen das Martias. Anno M. D. XXVI.

HYPERASPI
STES DIATRIBAE PER ERASMVM ROTE.



VOD FCELIX fauſtumq; ſit, protinus ipſam rē aggrediemur, & quidem Attica lege, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν quod idem ſi tu quoq; Martine Luthere facere animū induxiſſes, min⁹ ꝓfecto detriuiſſes ocio tuo, cuius inopiā quæreris, & mihi minus addidiſſes negocij, cui iam erat plus ſatis. Nunc dū maluiſti quorundā affectibus obſequi q̄ tuo iudicio, q̄ multa ſunt in iſto tuo libro prorſus ἄπροσδιόνυσα, q̄ multa ſuperuacanea, quot in locis cōibus moræ, quantū cōuicior, q̄ multa manifeſtę uanitatis, quā tum ſirophar, quantū figurati morſus, q̄ multa parum pudenter detorta ac deprauata, & ex depraua tis tragicæ concluſiones, rurſus ex his uociferationes in immerentē. In his qm̄ tibi uiſum eſt bonas horas collocare male, cogor & ipſe in refellendo nonnullā aquæ meæ portionē cōſumere. Primū igitur demiror, quū mea Diatriba nihil habeat, niſi moderatā de re diſputationē, quūq; e propinquo allatret Hieronymus Emſerus, e lōginquo Iohānes Cochlęus adiurget, ex Anglia p̄ter Roſeū & alios, Iohan-

Gallia Italia

hannes ep̃s Roffenſis iuſtis uoluminibus te laceſ ſat,e Gallia Iodocus Clithoueus Luther; oppu; gnet Antiluthero,ex Italia Chr̃ophorus Lõgoli ns elaborata õrone in te torſerit. Denic; quũ hic habeas ex tuæ ſodalitatis Coriphæis,q tibi ſedu lo faceſſant negociũ, quor; Vlrichus Zuinglius ẽdito libello,nequaq̃,ut ferũt,edẽtulo,dogma tu um ſed ex pte cũ eccl̃ia cõe,de Euchariſtia oppu gnat,idẽ fecerit Capito,&Iohan. Oecolãpadius, nullis quidẽ cõuicijs,ſed crebrioribus & acriori bus machinis,hęc(inq̃)quũ ita ſint,demiror quo cõſilio,ad oẽs obmuteſcẽs,nr̃æ Diatribæ rn̄den dum putaris,p̃ſertim quũ p̃ter modeſtiã,tam fri uolis;rõnibus rem agat,quẽadmodũ ais,ut cau; ſam quã ſuſcepit reddiderit deteriorẽ. Nec tamẽ expoſtolo qd̃ rn̄deris,nec inquiro quur opus an annũ excudi cœptũ,nunc demũ abſolueris,illud demiror,quur meã in rn̄dendo ciuilitatem nõ ſis imitatus, quã te decuit etiã ſuperare,ſi nobis iſti us animi ſpũſq;,quẽtibi uindicas,fidẽ facere uel les. Ver; hic obſequutus es fratribus, inter quos ſcio pmultos eſſe, quor; mores ꝑcul abſunt ab Euãgelio, cuius titulo ſeſe uẽditãt. Hor; cupidi; tatibus Luthere,te plus ſatis obſequentẽ prębes nõ ſine graui detrimẽto cauſæ quã ſuſtinęs. Non ei me clã ẽ in cui9 gr̃am ad iſtũ modũ ſcripſeris in Cochlęũ & in regẽ Angliæ. Is nimir; erat in quo duas perſonas Comicas poſſes agnoſcere, ſtupi; diſſimũ ac glorioſiſſimũ Thraſonẽ,& adulantiſſi mũ Gnathonẽ. Certe ĩdignus erat cuius hortatu uel epl̃am ſcribere debueris in tam arduo tamq; pericu;

periculoso negocio. Quin illud potius erat tibi reputandū quā personā suscepisses, uidelicet qui se profiteret euāgeliū iam plus mille quingentis annis sepultū & obrutū reuocaturū in lucē, & abrogata pōtificū, conciliorū, eporū & scholarū auctoritate ꝓmitteret orbi certā ueramq; uiā salutis, quā hactenus mūdus ignorasset. Quam uero non congruebat, ut qui tam arduo negocio uelut Atlas cœlo suppositus esset humeros (iam em̄ te cū sic ago, quasi uera sint oīa quæ tibi arrogas) ꝓinde quasi in re ludicra, dicteriis, sannis, salibus, & cachinnis in q̄scunq; lubitū fuerit ludat, & ex Vuilheyli cuiuspiā arbitrio stilū uel stringat uel moderet in quenq̄, nō dicā in regē. Instigauit idē alterū quendā ut dialogū scriberet in Leū, & hūc itidē atq; te multis mēdaciis instruxerat. Nihilo melius te instruxit, mihi crede, cuius impulsu libruī istū emisisti. Ego tot eruditis, tot ecclīæ ꝓceribus, tot orbis monarchis efflagitātibus, q̄busdam etiā cū minis exigētibus, ut summis eloquētiæ uiribus in te detonarē ac fulminarē, nisi uellē ecclīæ desertor, & tuæ sodalitatis fautor uideri, tñ excusaui, nō q̄d probarē tua dogmata, quę sicuti uere scribis nō intelligebā, sed partim ne imprudēs lædere causam, cui initio totus pene orbis applaudebat, partim q̄d intelligere negociū nō esse mearū uiriū. Itaq; metuebā ne, q̄d solent imperiti medici, malū siniſtra curatiōe exasperarem. Postremo sic aliqñ mecū cogitabam, quid si deo uisum est corruptissimis horū temporū moribus, tam ſeuum dare medicū, qui sectionibus,

& usturis sanet, quod potionibus & malagmatis nõ poterat. Videbã eruditos hoïes pedib⁹ in tua dogmata discedere, pspiciebã fatalẽ quendã orbis fauorẽ, animaduertebam quo uehemẽtius a theologis ac principibus obsistebatur, hoc latius propagari, ac magis inualescere negociũ, ex his ratiocinabar rem non sine numine geri, itaq; decreuerã spectator esse tuæ tragœdiæ, sic apud me cogitãs iuxta Gamalielis sniam, si deus hæc mouet nõ est meũ resistere, sin aliũde ortũ est qd̃ agit̃, sua spõte dissipabit̃. In actis apl̃orũ legim⁹. Cęterorũ nemo audebat se illis coniungere. Simili religione abstinebã a uestro negocio. Verum ubi principibus diutius excusare non possem, & opprimerer inuidia falsissimaq; suspicione, scripsi Diatribã, sed ita temperato stilo, ut tu nõ posses optare disputationẽ ciuiliorẽ, ac pharisæis qbusdã uisus sim tecũ non decertare, sed colludere, q̃ sic dẽtes & ungues cõtinuerim. Certe putabã me abũde uitasse, ne tibi debacchãdi cõuicns ansa data uideret̃. Quędã in tua assertione dicta odiosius prudẽs dissimulaui, qm̃ nisi te lęso tractari nõ poterant. Vbi ad mortũ cõparationẽ uentũ esset, declino locum inuidiosum, malens uitare offensam, q̃ seruire commodo causæ meæ. Quodam loco nominatim etiam depello suspicionem abste, quum ita scribo. Nõ hæc proprie in Lutherũ dixerim, quem de facie non noui, & cætera.

Diatribã

Et uide quam consentiãt uestra iudicia, Philippus Melanchthon huc scripsit meam Diatribam æquissimis animis acceptam Vuittembergæ,

gæ. Et adiecit, iniquissimum sibi uideri, si non liceret in ecclesia suam cuiq; sententiam dicere. At tu respondens, sic arte stilum temperas, ut in alios forte scripseris clamosius, in neminem hostilius aut amarulentius, id quod uanissimum uideri patiar, nisi mox omnibus perspicuum fecero. Meam disputationem, Diatribam & collationem appello, quo titulo quid esse potest modestius? Ipse nõ ꝓnuncio, quũ uerser in argumẽto, qđ in integrũ aut dubiũ in disputando reuocare fas non erat. Congressurus tecum, depono Cæsaris, pontificum, conciliorꝝ, Academiarꝝ, & ueterum Orthodoxorꝝ autoritatẽ, qua te poterã urgere, etiam si argumẽtis fuissem inferior. Ex tuis legibus quamuis iniquis tecum confero manus, nec te tamẽ appello quemadmodũ tu me, habet em̃ ipsa cõpellatio q̃ddã contẽtiosum & cõtumax. Nec tua solius argumẽta tracto, ut non proprie tecum, imo ne tecum quidẽ certare uiderer, sed cum tua assertõe. Non uideo q̃d potueris optare ciuilius. Vsq; adeo ne non pateris quenquam cõtra tua placita hiscere? Atq; huc soles om̃es prouocare, ut tecũ manus consererẽt. Et ubi est illud, quod admonet Petrus, parati semper ad satisfactionẽ omni poscẽti uos rationẽ, de ea q̃ in uobis est spe, sed cũ modestia & timore. Et Paulus uult Episcopũ esse διδακτικόν non πλήκτην. Quod si ego parum erudite disputassem, debebas illud Pauli meminisse. Sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor sum. Qui tibi fuerãt iuratissimi, audẽt ĩ te ferrum stringere, nec a cõuicijs tẽperãtes, & Erasmũ

mode-

moderatissime disputāte ferre nō potes? ego mor
dicus tenui meā modestiā, quā sciebā mihi futu
rā inuidiæ, hanc tu cū tua laude cūcp causæ quā
agis utilitate, poteras ac debebas imitari. Scilicet
peruicit tuā patientiā quorundā exultatio, mihi
decernentiū triumphū, te uictū esse iactantium.
Quos tu mihi triumphos narras? hic tm erat de
mea Diatriba silentiū, ut mihi ꝓpemodū excide
rit scripsisse. Semp solus esse uolui, nihilcp peius
odi q̄ iuratos & factiosos. Sed ad tuū libellū ue
lut ex insidiis subito prouolantē, deū immorta
lem quæ fuit tuoꝝ exultatio, q̄ gloriosas uoces
sparserūt, habet Erasmus quod agat, habet malū
calculo grauius, aliacp uehementer Euangelica.
Verum nec tui calami amarulētia, nec hmōi uo
cum petulantia me ꝓpulit, quo minus in hac apo
logia rōnem potius adhiberem in cōsiliū q̄ affe
ctus. In dictis nonnunq̄ animi motus præcurrūt
rationem, in scriptis nihil tribuendum est affecti
bus, nec spectandum est, quid tum sic affecto ui
deatur esse rectum, sed quid perpetuo rectum ui
deri possit. Quanq̄ hic, ut uere dicā, leuissima pu
gna fuit cū affectibus. Ad istiusmodi maledicta
tot epīs, libellis famosis exercitatꝰ occallui. Vis
aūt scire quantū molestiæ pepererint aculei tui?
Vtinā añ annos quincp, quum me p̄dicares, strin
xisses in me calamū tuū, multo q̄ nunc hostilius.
Verum quoniam tu in hac tam nō amica respō
sione, uis etiam amicus, si superis placet, & candi
dus uideri, te simul cum tuis scire uolo, me nec
esse tam stupidum q istiusmodi strophis falli, nec

tam

tam imbecillo aïo, qui tuis conuiciis cõmoueri possim. Simplicius feciſſes, ſi tui ſimilis palam in me debacchatus fuiſſes. Soles em̃ τὴν λεοντὴν ἐνδύνασθαι claua rem gerere, nunc uulpinam pellẽ aſſuiſti leoninæ, & melle toxico me pungis. Atq; ad hanc ſcilicet fabulã, ſeſquianno fere meditatã, aſciſcendus erat Logodædalus, qui cõponeret orationẽ rhetoricoſq; fucos adderet, nimirũ aduerſus hominẽ rhetoricũ. Noui em̃ impetũ tuæ dictionis, & torrentẽ illum ingenti fragore e monte decurrentẽ, ac ſaxa truncoſq; ſecũ rapientẽ. Iſtius Logodædali oratio lenius fluit, ſed plurimũ uenẽni ſecũ trahens. Nõ me fugit quis ſit. Eſt em̃ unus ex eor̃ numero, qui, qđ tu quũ candidus & memor uideri uis, fateris, hoc ipſum qđ habent loquentiæ, fere hauſerũt e meis lucubrationibus, nec mihi iam nouũ eſt, in meis uulneribus pennas meas agnoſcere. Nec ſatis erat unus rhetor ſuppoſititius, quũ urget belli moles Patroclũ tuũ nobis immittis, q̃ ſimul & tuis armis & ſuis, hoc eſt, dicendi uiribus, nobiſcũ pugnet. Adeo em̃ eſt infans, ut me potius eloquentia grauet, q̃ argumentis. Ac ne me putes in tenui diſcrimine dictionis hallucinari, non eſt, niſi unus qui hoc poſſit qđ ille præſtitit. Quanq̃ & alioqui notus eſt mihi peculiariter illius in dicẽdo genius. Nã prior ille rhetor abſq; bonor̃ autor̃ lectiõe abſq; grãmatica facũdus eſt. Et ſi tu pateris, huic imputari fucos ineptos potiꝰ q̃ tibi, nõ repugno. Sunt aũt quædã admixta tuo libro, tã inſulſa indoctaq;, ut nunq̃ crediturus ſim abs te profecta

A ſ fuiſſe,

fuisse, q̃ suis locis indicabuntur. Sed interim iniquior est mihi hæc pugnæ cõditio, q̃ gladiatores in harena unus cũ uno, retiarius cũ Mirmillone committitur, mihi uni cũ multis res est, & si cum uno, cum Geryone tamen. Isaac in uno homine agnouit duos, ego in uno libro, uarias uoces diuersasq; manus sentio. Cũ phalange pugna est, nõ minus armata, linguis, eruditione, cõuicijs, q̃ strophis, uafricie, obliquisq; cõsiliis. Nunc agnosce cõsiliũ tuorũ logodædalorũ, q̃ sic cogitauerũt, Nõ est impotentibus cõuicijs debacchandũ in Erasmũ, Nã ea res liberaret illũ suspitionibus, q̃bus grauat̃ apud principes, & inuidia, qua p̃mit apud Theologos ac monachos. Sed est appetens gloriæ proinde passim inculcabim⁹ illũ nihilscire, & ubiq; ueluti nullius rei hoiem, magno fastidio cõtẽnem⁹, cõspuemusq;. Ea res pessime uret illũ. Cæterũ ut hoc faciamus cũ fide, laudẽ admisscebimus, amicitiã simulabimus, & misericordiã potius q̃ odiũ præ nobis feremus. Tribuemus illi ingeniũ & eloquentiã summã, quo lector hic perspecto candore nostro existimet nos cætera quoq; tributuros fuisse, si promereret̃. Deinde suspicionẽ & inuidiã qua grauatur omnib⁹ modis augebimus exasperabimusq;, sic tẽperãtes orationẽ, quasi ille nobiscũ sentiat. sed partim metu, partim amore lucri dissimulet. Sophistas cũ hoc collatos, longe p̃feremus, denicq; sic agemus fabulã, ut ab utroq; theatro grãm ineamus, & fratrũ q illi iã pridẽ male uolunt, & sophistarũ ac pharisæorũ, quos ob bonas literas iã olim habet

infen-

infensos Denicꝙ tantū admiscebimus scommatū,& conuiciorꝝ,ut homo seniculus,ac meticulosus,si nec loquacitate delassari, nec argumentis obrui poterit,saltē maledictis cōficiat. Hoc consiliū tā simplex & euangelicū,quū nemo cordatus non statim deprehendat in tuo libro, tñ tuis uisum est perꝙ facetū. Quis hic nō uidebit scorpiū cōplexū,mox infigentis aculeū,qs nō sentiet uenenatū poculū,melle prelitū? uenerabilis Erasme,mi Erasme,chariſſime Erasme,optime Erasme,summo ingenio,maximis dotibus,summa eloquētia p̄dite,cui plurimū debēt bonę lr̄æ &c. Nimirꝝ hic est cōplexus, hoc mel. Sed mox idē laudatus Erasmꝰ tā impie scribit,ut nec impij sophistæ potuerint ferre,blasphemus est in deū, & qđ his q̄cꝙ grauius est,nihil oīno credit, sed Epicurū ac Lucianū ἄθεον celat in pectore dicēs in corde suo,Nō est deus,aut si ē, nō curat res mortaliū. Hic ē aculeus,hoc letale uenenū, hoc est rubetæ uirus Si liber hic nō scatet undicꝙ talibꝰ facetijs,sim ego Cretensi uanior. Sin & hæc & alia multa,passim ꝑpingunt̄,inculcant̄,& iterant̄,q̄so, ꝓferas in quē unq̄ scripseris uirulētiꝰ? Et hic ipse tuꝰ sermo secū pugnās ꝓdit in synceritate tui pectoris. Qui cōuenit ut tibi sit chariſſimꝰ,& frater chariſſimus,& uenerabilis,optimꝰ,& qđ nō,quū eūdē pronūcies impiū, blasphemū aduersus deum, denicꝙ ἄθεον? Adeo ne putas homines esse fungos,ut nō intelligāt quo spiritu ducaris, quū ista scribis,ex eodē ore frigidum efflans & calidum,ex eodē poculo mel porrigens ac uenenū,

altera

altera manu panē ostentans, altera lapidē incutiens? Quorsum aūt attinebat hic tot uerba p̄dere de mea summa eloquentia, dec̄p tua summa infantia? In disputatione de libero arbitrio, q̄d facit eloquentia? Ego istā eloquentiā nec iacto, nec agnosco, nec affecto. Certe in diatriba non deprompsi, si quā habeo, & erat locus amplissimus si uoluissem. De tua uero infantia, q̄n, te rogo, q̄stus sum? Aut q̄n desideraui in te eloquentiam? Vtinā tā adesset tibi sobrius ac syncerus animus q̄ nō deest eloquentia. Rursum quantū abest ab Euangelica simplicitate toties precari ueniā infantiæ, quū subornaris ad causam agendā hominē insigniter eloquentē, quod ipse declarat orationis fluxus? Iam, quid mihi donas, quū tribuis summā eloquentiā cū summa rer̄ ignoratione cōiunctā? Aut quid largiris, quū concedis ingeniū sexagenario, & prædicas bonæ spei indolē? Si nunc tantū ingeniosus sum, q̄n sapiā? Verum hic est fucus merus tui Logodædali, q̄ ficte tribuit eloquentiā, ut cū fide adimat scientiā, & fucate laudat ingeniū, quo probabilius hæreat in me crimen animi dissimulati. Atc̄p hoc ipm q̄d initio tribuis, in disputationis progressu detrahis, dū Erasmū facis adeo stupidū, ut nec ea uideat, q̄ sunt sole clariota. Quoties aūt illi facundissimo impingis imperitiā rhetorices, qui nō intellexerit causæ statū, q̄ toties dicat aliena, toties ipsam causam funditus subuertētia, male definiat, peius diuidat, pessime ratiocinet, breuiter q̄ nihil nō faciat cōtra p̄cepta rhetorices. Et hæc q̄ scribit ni

bit ni fallor, literis huc missis, tribuit mihi elo-
quentiã Ciceronianę proximã, q̃ res adeo me de
lectauit, ut legens, risum tenere nequiuerim. Et
tu obĵcis qđ summis eloquentiæ uiribus oppu-
gnẽ dogma tuũ in Diatriba, quũ illi lucubratio-
ni uix dederim dies decẽ, interim ne cogitans q-
dẽ de dictionis ornamẽtis, quarę & alias mihi nõ
solet esse anxia cura. Hæc tã sibi pugnãtia, satis
arguunt te nihil ex aĩo loqui. Ergo detracta elo-
quẽtia, supest ingeniũ, quod initio tribuebas. At
in disputãdo mea diatribę, stupet, cæcutit, stertit,
somniat, nihil meminit, nec intelligit qđ alii di-
cant, nec quid ipsa loquat. Sic Erasmus est inge-
niosus. Verũ ad istũ modũ uariare solent Luthe
re, q non ex uero sermonẽ depromũt, sed ex arte
loquũtur omnia. Necę multo melius cohæret,
qđ in operis tui principio præfatus nõ esse con-
temnẽdã autoritatẽ Erasmi, in progressu nihil a-
liud agis, q̃ ut Erasmũ ludos deliciasq; facias, &
orbi deridendũ propines. Q, si te autoritas dis-
sentiẽtis prolicit ad pugnã, quin cũ Iohãne episco
po Roffensi manus conseris? Ille & eruditione &
dignitate, & nõ uulgari uitæ sanctimonia proba
tissimus est, ac te toties lacessit, nec prodis ad cer
tamẽ. Rursus q̃ illud congruit, in fine disputatio
nis mihi gratias agis, qđ mea diatriba tibi præ-
buerit occasionẽ confirmandi dogmatis tui, id si
dicis ex aĩo, quur toto libro sic in illã debaccha-
ris, quũ illa sine ullis cõuicĵs disputarit? Sed hæc
sunt argumẽta tuæ perpetuæ constantiæ. Porrõ
quod tibi cũ Paulo uindicas scientiã, utinã id ue

re pos-

re posses, simulq; præstares spm̃ Euangelicũ, qui fragrat in scriptis Pauli, quum in tuis obstrepat alius spũs. Aut quæ tandẽ cõtumelia est, si tu mihi derogas scientiam, quã eandem iamdudum detrahas & concilijs uniuersalibus & põtificibus & episcopis omnibus, & priscis pariter ac recentibus ecclesię doctoribus, denicq; scholis omnib⁹ Quis unq̃ sapuit, qui uel latũ (ut aiunt) digitum, dissensit a tuis dogmatibus? Omnes quãlibet antea docti, protinus ut tibi cõtradicere cœperint, patiunt hãc metamorphosim, ex Lynceis uertũtur in talpas, ex hoĩbus in fungos. Et tñ illis iustius exprobraris ignorãtiã, qui magno supcilio uindicant sibi peritiã scripturarũ, p̃dicantes tenihil omnino scire, tuaq; paradoxa, quo nomie hactenus sum usus, illi donant alijs titulis Ego meã imperitiã semper ingenue confessus sum, & hoc nomine me semp excusaui, ne tecum cõmitterer Proinde mihi obijcere ignorantiã, perinde est, ac si quis cæco mendico deploranti luminis orbitatẽ, exprobret quod in clarissima luce nihil cernat. Ego quãta possum uoce quotidie opploro auribus Iesu, miserere dñe, da ut uideã lumen, & tu sic clamanti dicis, Tace luscitose. In ipsa diatriba, quoties profiteor imperitiã meã? Atq; utinã ante annos quatuor orbi psuasisses me nihil scire rei theologicæ, uidelicet p̃stitisses officiũ longe gratissimũ. Nã ego quãtũlibet eloquẽs, ut ais, illud quũ maxime conarer, psuadere nõ potui. Ac misere metuo ne nũc q̃q; nõ psuadeas q̃bus uellem. Siquidẽ olim in tuis cõmentarijs, q̃bus explicas

plicas epistolã ad Galatas, p̃dicor uir in theolo-
gia summus, & inuidiæ uictor. Sic in præfatione
Rursum in ipso statim frontispicio commentari-
sum theologicissimus, in progressu uero quoti-
es citor honorifice. Ibi Erasmus recte dicit, ut o-
mnia, ibi dignissime reddo Græca, ibi sum Eras-
mus optimus, ibi cũ Erasmo tuo libenter sentis.
Rursum in appẽdice quã adiecit Cõmodus Bri-
tannus, tu posteriores fers, mihi prima laus de-
cernit in restituẽdo Euãgelio. Nõ hic proferã sex
centas epl̃as tuor̃, qbus p̃dicor theologiæ prin-
ceps. Ver̃ simulatq; sum ausus hiscere aduersus
tuum dogma, subito factus sum ignarus totius
theologiæ. Quid si is q̃ scripsit meã diatribã æ-
quissimis animis isthic acceptam, primas agit in
hac fabula? Quis uestro iudicio tã incõstanti fi-
dẽ ullã est habitur⁹, optarim aũt haberi q̃ maxĩ
mã, hac potissimũ in causa. Quæso te, qd dicent
hoies cordati, quũ uiderint tãtã animi tui incon-
stantiã hũc librũ tuũ cũ illis tuis scriptis conferẽ-
tes? Me Proteum appellas, hoc superat oẽs Pro-
teos. Quo colore hic excusabis scripta cũ scrip-
tis pugnantia? Dices opinor, tibi tũ illusum fuis-
se a spũ carnis, nũc Christi spũ duci. Nimirũ ha-
bes lemma, quo possis excusare quidlibet, si tibi
fides habeatur. At tũ tẽporis plurimi de tuo spũ
bene sentiebãt, qui nũc aliter sentiunt, & indies
sentiũt peius. Excute lucubrationes meas oẽs,
& si quid tale deprehẽderis, me Proteũ uoca. Tũ
blanditiis illectabas in tuum fœdus, nunc offen-
sus diatriba, conaris ex Erasmo talpã reddere.

Verum

Verū ut illis magnificis laudibus non capiebar, ita nunc ista tua uituperatione ne tantulū quidē cōmoueor. Sciebā illas laudes nō proficiſci ex animo, quēadmodū has uituperationes tibi dicta uit odiū & ira. Sed quēadmodū illic prædicatus ſummus in re theologica, ne pilo quidem factus ſum eruditior, ita nūc ſimili hyperbola prædicatus nihil omnino ſcire, nihilo reddor indoctior. Vis argumentū q̄ me delectarint illa tua præconia? Monui te p̄ literas ut in poſterū a talibus laudibus abſtineres. Vis ſcire, quantū mihi diſpliceam abs te deiectus? Maiorem in modū opto, ut q̄d ſuades perſuadeas, uel iſto dedecore cupiam emptū ociū. Nunc mihi uide q̄ reliqua ueſtra iudicia cōſentiant. Excuſa eſt epiſta Melanchthonis, in qua tibi tribuit plurimū, me tñ non dubitat ueteribus oībus anteponere. Rurſus quidā Eraſmus Alberus e tua ſchola θεοδίδακτος, me diuo Hieronymo uel æquat uel anteponit. Si uetares omnes, ſi Hieronymus nihil nouerūt rei theologicæ, ſi cæcutierūt cū eccleſia, & illorū miſeret, & meā cæcitatē moderatius fero, cū tot exēmplis uiris cōmunē. Sed ut tuorū laude ne tantulū quidē cōmoueor, ita tuo iudicio propemodum etiā delector. Si tua dogmata paſſim infulſiſſem in meis lucubrationibus, pape quantus fuiſſem theologus. Verū ego mihi conſcius mei moduli, ſemp̄ malui cū Paulo ſapere ad ſobrietatē, quū ſcientia inflet, charitas ædificet, ac nūc etiā uehementer gaudeo mihi non eſſe tantū ſcientiæ, ut promerear nomen hæreſiarchæ, q̄d promeruit ſcriptu/

scripturarꝝ peritissimus Arrius. Quare te rogo Luthere, huc totis uiribus incumbas, ut ꝑsuadeas oībus me nihil scire rei theologicæ, id non solū mea, sed tua quoq; refert. Sunt em̄ qui per orbem spargunt uanissimas uoces, & plurimis fecere fidē, quicquid scribit Lutherus, hausisse ex uberibus Erasmi meq; libris etiam æditis magistrum tuū, te uocant discipulum meum, simul & me falsissimis laudibus onerantes, & tuæ sciētiæ cōtumeliosissime detrahētes. Aduersus hos blaterones uindica tuæ scientiæ quam prædicas gloriam, eadem opera & a me magnam initurus gratiam. Et tamen in hac disputatione quam non præstiteris istam admirabilem totiesq; iactatam scientiam, suo loco declarabitur. Adhuc tantum mihi res est cum tuo logodædalo, cui tu deliniatam abs te figuram coloribus fucandam locasti, tuæq; dictionis œconomiam cōmisisti, quo rhetorem arte rhetorica tractaret. Verum is multum loquentiæ suæ perdidit in deprecanda tua iufantia, in extollenda tua sciētia, meaq; eloquentia, in detrahenda mihi scientia, & tuo spiritu prædicando. De stilo tuo ne uerbo quidem unq; questus sum. De scientia tua iam frequenter audiuimus, nec hanc in te desideramus, meam ignorantiam semper ingenue professus sum. Spiritum istū quem tibi uindicas, utinam tam præstares in tuis scriptis, q̄ constanter & fortiter asseris. Vtcunque hæc habent. Amarulentia logodædali tui, si stultitiæ, ineptiæ, & crassissimæ ignorantiæ conuicijs fuisset contenta, dissimulassem. Cæterum impietatis crimen intentatum, blasphemiam in deum, non se-

mel obiectam, postremo Lucianicũ illud ἄθυρμα si dissimularem, dignus eẽm qui uere talis haberer, qualem tu prædicas. Ethæc tamen ita diluam, ut nullum conuicium in te regeram, ne Pontificum quidem aut Theologorum censuris te grauabo, quibus tu nũc uafer propemodum adularis in odi/ um mei, quum nondum abolita sint quę in eos scri psisti. Sed hæc suis locis, nunc carptim ad conuicia tuis blandimentis insperſa, si prius indicaro & il/ lam Iogodædali tui stultitiam, quod meam Dia/ tribam çomponit cum libro Melanchthonis de lo/ cis Theologicis. Melanchthon pro te pugnat, ego contra te, quid igitur aliud quam aquam igni com paras? Et istud tuum iudicium quid habebit pon/ deris apud Cordatos, si laudas tuum propugnato rem & deprimis antagonistam, quanquam periti rhetorices solent attollere uires, & animum aduer sarij, quo reddant illustriorem uictoris gloriam. Discedat in diuersam partem, & arma moueat in te, protinus & illle tibi putebit, neq; mitiorem pa/ tietur metamorphosim, quam passus est Carolsta dius, qui repente e spiritus sancti myrotheco fa/ ctus est organum satanę, simulatq; latum unguem discessit a tuis præscriptis. In præsentia nihil detra/ ho laudibus Philippi, nec ad rem facit, tantum il/ lud obiter dicam, me iam pridem non indiligenter legisse locos Melanchthonis, qui si mihi per omnia satisfeciser, abstinuissem a Dia triba.

2 Ἐξωνεῦμαι tribuis mihi geminam uictoriam alteram quod mea modestia tuum spiritum & im/ petũ remoratus sum, alterã quod nugalibus ac ri/ olim

olim protritis argumẽtis, quas tu uocas feces, sic asseram liberum arbitrium, ut nihil dicam noui, & tamen plus tribuã illi, quam hactenus a sophistis. Hoc posterius q̃ impudenter abs te dictum sit, suo loco ꝓspicuum faciam, & fecis conuicium tuo ingenio condono præter infantiam, malim enim feces dici q̃ uenena, feces ablui ꝓñt, uenena non item. Cæterꝝ quis illud absq; risu leget, quod scribis mea modestia te segniorẽ redditũ ad pugnam, quum ista fortitudo tua, me frustra reuocante, iam orbẽ uniuersum exitiabilibus diſsidiis concusserit? An equo sic currenti erant subdenda calcaria? Habemus fructum tui spiritus, res usq; ad cruentam stragem ꝓgressa est, & metuimus atrociora, ni deus propitius auerterit. Dices hanc eẽ naturam uerbi. Ego nõnihil arbitror referre, quomodo prædicetur uerbum dei, ut iam dei uerbum sit quod doces. Non agnoscis hosce seditiosos, opinor, sed illi te agnoscũt & iam compertum est multos, qui se iactabant Euãgelij nomine, fuisse seditionis crudeliſſimæ instigatores. Quorũ conatus si succesſiſſet, fortaſſis extitiſſent qui probarent, quod nunc re male gesta detestantur. Tu quidem libello in agricolas sæuiſſimo, suspitionẽ abs te depulisti, nec tamẽ efficis, q̃ minus credãt hoĩes, ꝓ tuos libellos, ꝑsertim germanice scriptos, in oleatos & raſos, in monachos, in episcopos, pro libertate Euangelica, contra tyrãnidem humanam, hiſce tumultibus fuiſſe datam occasionẽ. Nõdum tã male de te sẽtio Luthere, ut existimẽ te huc destinaſſe tua consilia, sed tamẽ iam pridem quum hanc fabulam ordireris, e calami tui uiolentia ce-

pi coniecturam, rem huc exituram, & hoc erat qđ primis literis admonu', ut ad hoc negociū adferes animū syncerū, caueresq; ne quid impotenter aut factioſe ſcriberes. Videbare ſuſcepiſſe negociū purgandi mores eccl̄ię, quos nemo non fatet eo p lapſos, ut nec uitia noſtra, nec remedia pati poſſimus. Idē ſæpe fruſtra tentatum eſt, & uicit mūdus. Tu uidebaris ad hoc idoneus, & orbis applauſus, fauorq; principū fœlicē alicuē exitū pollicebatur, ad eam rē uidebam q̄ eēt iuutilis iſta tua uiolētia, non in Pontifices tantū, aut ep̄os, in quos ferociam tuam plęriq; fortitudinē Euangelici pectoris interpretantur, ſed in omnes qui mutirēt aduerſum te. Nam qđ in me ſcriberes nunq̄ fui ſollicitus, & pro pemodum optabam, ut me tuo calamo laceſſeres etiam non reſponſurum, tantū aberat, ut eam mo deſtiam mihi perſuaſerit tui formido. Quod ſi paratus eras debacchari in om̄es, qui fabulam abſte ſuſceptam non omnino improbarent, actionē uero damnarent, id ego ante annos complures tot epiſtolis æditis teſtatus ſum. Quur diſſimulabas? Sed nolebas me exonerare inuidia, hoc erat cautum & callidum tuorum conſilium. Moderationem autem non ego ſolus in tuis ſcriptis deſideraui, deſiderant etiam ñ qui tibi ſunt iuratiſſimi. Si quidem ipſa re comperiunt, quotq̄t hoim milia calami tui ſæuitia, aut ſi mauis parum Euangelica facetia, abalienarit ab Euangēlio, ſi modo quod tu doces Euangelium eſt. Ac multis quidem feſtiuus es uiſus, quum in hunc & illum luderes, quum in pontificē & regē Anglię, fortis etiam & intrepidus.

Cæte

Cæterum ubi pari modestia tractares Carolstadium, dictu mirum, q̃ hic displicueris tuis συνεργοῖς. Et ferre non potes si ego qui sum alienus a uestro cõsortio modestiam in te desidero? Verum hæc alias fortassis incident opportunius. 4 Illud risi fateor, quod negas te deterritum a respondẽdo timore mei. O fortem uirum. Quid ego audio? an tu tãtus leo, timeas muscam Erasmum, aut si quid musca imbecillius. An mihi sunt armatæ phalanges, an ulla factio. An uersor in aulis principum, ut illos in te concitem? Nemo magis fugit aulas, & si quid mihi cum illis ẽ consuetudinis, hactenus quoscunq; potui, dictis & scriptis reuocaui a sæuitia, recte ne an perperam, alij uiderint. Ego carnifex esse non possum, factiones semper odi, hactenus solus esse uolui, nisi quod ab ecclesia catholica non segregor. Nihil igitur erat q̃d metueres, cũ uno eoq; inermi tibi tot coniuratis munito res erat. Sed armatus, inquis, es eloquentia. Eam in te non exercui, si quam habeo, nec hanc armaturam solum deposui, uerumetiam omnem autoritatem ecclesiæ procerum, qua uel sola satis armatus uideri poteram. Quorsum igitur attinebat excusare timorẽ homuncionis, & unius & exarmati, qui & Pontifices & Cæsares, & Theologorum cohortes hactenus fortissime contempsisti? Verum in his tibi rhetoricari libuit.

Iam illud qui consistit, ut mea Diatriba multos ex his qui spiritum e tuis scriptis nõdum hauserãt, subuerterit, quum adeo friuolis nitatur argumentis, ut tibi tuisq; risum potius ac miserationẽ moue

rit? Adeone facile deficiunt homines ab Euãgelio?

Ecce autẽ aliud incõmodũ, ubiq; lubricus sum, inter Scyllã & Charybdĩ nauigãs, & hic. s. fit mẽtio Protei & Vlyssis, miror quur p̃termiseris, Polypos & Chamæleontes, Vertũnos, & Empusas. Tale seculũ Luthere, tua nob̃ pepit fortitudo, ut iam de christo nec bene loqui liceat, nec male. Quanquam est hoc hominis imperiti non temere quicquam asserere, sed aliorum magis pendere iudicio. Certe in Diatriba non ago Proteum, sed ingenue propositis diuersor; sentẽtiis, designo cum quibus mihi potissimũ congrediendum est, & post argumentationem aperte ꝓnuncio, quam sn̄iam ipse sequar. Porro quod mihi uideor, ut dicis, inter Scyllam nauigare, uix habeo quod respõdeam, nisi tu declares, utram ecclesiã Charybdim aut Scyllam appelles. Ab eccl'ia Catholica nunq̃ defeci. Tuæ eccl'iæ adeo nunquam fuit animus dare nomen, ut homo plurimis alioqui nominibus infeliciss̃imus, hoc certe nomine uidear mihi felix, qnod constanter a uestro fidere abstinuerim. Scio in hac eccl'ia quam uos papisticam uocatis, eẽ multos q̃ mihi displicẽt, sed tales uideo & in tua eccl'ia. Leui? aũt ferũt mala, q̃b? assueueris. Fero igit̃ hãc eccl'iam donec uidero melioꝛẽ, & illa me ferre cogit̃, donec ip̃e fiam melior. Nec infeliciter nauigat, qui inter duo diuersa mala medium cursum tenet.

6 Nunc ad ea quæ tu ex mea p̃fatõe decerpta magno artificio detorques ad calumniam, & locũ cõem de Scepticis nobis aperis. Hic statiexcitas tragœdiam quod Scepticoꝝ meminerim, quasi senti-

am

am omnino nihil asserendum, nec facis calumnian
di finem donec me facias atheon, quum præfatus
sis te nolle nunc iudicare de animo meo. Quã pul=
chre illa congruunt, optimo animo dicis, item no=
lo nunc de animo tuo iudicare, & quod sequitur,
ἄθεον Lucianum in pectore circumfers. Et hic mi=
hi liberum facis, utrum uideri uelim, ridiculus ora
tor, an impius & insanus scriptor. Hæcẽ illa tua mo
deratio, qua meam Diatribam imitaris. Verũ hic
mihi uide quam bis agas calumniosæ. Primum
ipse nominatim excipio a Scepticis, qcquid sacris
literis proditum est, aut quicquid nobis tradidit au
toritas ecclesiæ. Nihil opus, ut mea uerba recense=
am quũ ipse recitaris. Proinde totus ille sermo,
quo magno supcilio detestaris Scepticum animũ
inhis q̃ sunt Christianæ religionis, mauisq; uel Stoi
cis ptinaciores assertores, tibi sapiẽtissimo oratori
prorsus extra cau sam declamatũ est, ut non pessi=
me teipsum reprehenderis hisce uerbis. Sed ego lõ
ge stultissimus, q in re clariore q̃ sol est, uerba &
tẽpus perdo. Et tamẽ non potes desinere, sed sub=
ñcis, non minore tẽporis iactura. Quis Christiano=
rũ ferat assertões eẽ cõtẽnẽdas? Hoc eẽt aliud nihil
q̃ semel totam religionem, ac pietatẽ negasse, aut
asseruisse nihil eẽ religionẽ, aut pietatem aut ullum
dogma. Quid ergo tu q̃q; asseris, non delector as=
sertionibus, & hoc ingenium te malle quam diuer
sum? Sic argumẽntaris homo sapientissimus aduer
sus imperitum, quasi mecum non de causa, sed de
principatu ĩperitiæ certes. ℘ Neq; min℘ absurda
sunt q̃ subñcis. Sed qd dices de istis tuis uerbis, ubi

non de una lib. arbitrij causa, sed totius religionis dogmatibus generaliter dicis, si liceret p inuiolabilem autoritatē diuinarū literarū & ecclesiæ decreta, te discessurum in Scepticorum sniam, adeo nō delectaris assertionibus? Quis Christianus sic loquetur? Ita tu. Quantum tribuam sacris lris, quamq; non uacillē in articulis fidei, puto satis liquere ex scriptis meis. Hic adeo non opto nec habeo Scepticum animum, ut pro his mortē oppetere nihil dubitaturus sim. Sed de dogmatibus contētiosis loquor, in quibus & olim ecclesia Sceptica fuit, diu considerans antequam definiret, quod genus sunt de processione sancti spiritus ab utroq;, de comprobatione uocis homusii, de transsubstantiatione paruis in corpus domini, de purgatorio, de baptismo non iterando, de baptizandis paruulis, de conceptione uirginis matris, & fortassis de libero arbitrio, de his & huis generis quæstionibus loquor, in quibus si nihil definisset ecclesia, rogatus quid sentirē, responderem mihi non liquere, sed deo cognitum esse. Posteaquam de his quoq; definiuit ecclesia, cōceptis argumētis humanis, sequor ecclesiæ decretum & Scepticus eē desino. Referam mea uerba, quæ tu satis rhetorice deprauas. Qui semp arcano quodam naturæ sensu abhorruerim a pugnis. Audis Luthere, me non de scripturis sacris, sed de pugnis, hoc est, contētiosis quæstōibus agere? Et mox eoq; sp habui prius, i liberioribus musarū cāpis ludere, q̄ ferro cominus cōgredi, & adeo nō delector assertōibus, ut facile ī Scepticorum sniam pedibus discessurus sim, ubicunq; p scripturarū diuinarum

inuiolabilē autoritatē &c. Nimirꝝ impius animus est, q̄ non audet definire de quo nondū definiuit eccl̄ia, quicꝙ in re cōtrouersa dubitationē animi ponit ad eccl̄iæ proditā sententiā. Quis christianꝰ ferat hūc animū? Mox hūc animū meū cōfero nō cū his qui asserunt symbolū apl̄orꝝ, aut cōciliorū decreta, aut cōciliorꝝ p̄scripta, sed cū ijs q̄ p̄tinaciter asseuerant oīa. Sic em̄ sequitur, atcꝙ hoc ingeniū mihi malo q̄ꝙ quo uideo quosdā eē præditos ut impotēter addicti sententiæ, nihil ferant, qđ ab ea discrepet, sed quicqd legunt in scripturis, torquent ad assertionē opinionis, cui se semel mancipārunt, &c. Hæc quū p̄spicua sint, quorsum p̄tinet locus cōmunis, quē atrociter tractas aduersus eos, q̄ putant nihil asserendū in diuinis libris, aut in causa fidei? A temeritate definiēdi abhorret animus, nō ab asserendo q̄ tradita sunt fidei nostræ, nō sic excutiēda ut in dubiū reuoces, sed profitenda. Et hęc oīa dico sub p̄sona hominis imperiti, quā mihi sumo te probāte. Nec simpliciter eos dāno, q̄ conantur moderata disputatione aliquid inquirere qđ nō est expressum in sacris literis, aut ab ecclesia definitū, sed q̄ in hmōi q̄stionibus seditiose digladiant. Hæc sunt mea uerba. Quanq̄ illud libēter p̄suaserim mediocribus ingeniis, in huius generis q̄stionibus nō adeo p̄tinaciter cōtendere, q̄ citius lædūt christianā cōcordiā, q̄ adiuuent pietatē. Nō dāno moderatā inquisitionē, sed cōtentiosam digladiationē cū iactura pietatis & cōcordiæ. Audis Luthere me nō omnes excludere ab hmōi q̄stionibus, sed mediocria tā

tum ingenia, At multo minus ea tractari uolo a-
pud rudem plebeculam. Verum hic urges me
dilemmate, Si de friuolis q̃stionibus loqueris, qd
ad nos, q̃ tractamus necessaria. Si de lib. arb. non
in loco tibi hæc dicta sunt, nec opus est te magi-
stro. Audi nũc ad tuũ mutilũ syllogismũ. Sunt ali
quot quæstiones in qbus nõ dãnatur modesta in-
quisitio, quales sunt, de annis Mathusalẽ, & quoto
ætatis anno Solomon factus sit pater, sed anxia in-
quisitio, cõtentioq; dãnatur. Rursum multa the-
mata uersant̃ inter Theologos scholasticos, de q̃-
bus nõdũ dilucide pronũciauit ecclia. De his sen
tit animus ille Scepticus. Sed urges, hic agi de li-
bero arb. qd si colloco inter q̃stiones friuolas, re-
cte loquor, sed impie sentio, si inter necessarias,
pie sentio, sed impie loquor. Hic scilicet cõstrin-
gor inter sacrũ & saxum. Sed facillimus exitus.
Ego q̃stionẽ an sit aliq̃d liber̃ ar. adeo nõ iudico
supuacaneã, ut potius hereticũ existimẽ, de eo du
bitare qd̃ ab Orthodoxis oĩbus magno consensu
traditũ est, qd̃ ecclesia clara uoce definit, nõ iã dis
putandũ, sed credẽdũ. Oportet em̃ eẽ aliquẽ dis-
putãdi finẽ. Nã qd̃ nũc ueluti de re integra dispu
tatur, tu nos cogis, qui tot iam seculis comproba
ta, fixa, & ἀκίνητα, reuocas in dubitationem, imo
cõuellis ac demoliris. Alioqui meũ animũ nulla
unq̃ subĩit dubitatio, an eẽt aliq̃d liber̃ arb. Ver̃
ut illud præscriptum est, eẽ liberum hominis arbi
trium, ita multa disputantur circa quæstionẽ hãc
quæ sine dispendio salutis possent omitti, meo q̃-
dem iudicio, in quibus nec ueteres orthodoxi, nec

recen

recentiores per omnia consentiunt,& de quibus adhuc suam sententiam suspendit ecclesia. Adhuc ẽm disputatur inter scholasticos,an hæc propositio,deus aliqua præscit contingẽter,in aliquo sensu uera sit. Nec desunt qui credant omnia cõtingentia a deo contingenter præsciri,quum fateantur dei præscientiam falli non posse. Rursum an deus omnia faciat necessitate. Item nihil certius ẽ, q̃ esse tres personas proprietatibus inter se differẽtes,quum sint eadem essentia. Cæterũ circa materiam hanc multa quæsita sunt olim ab Augustino,plura a recentioribus,quomodo differat persona a persona,& quare productio sancti spiritus a patre,processio dicatur nõ generatio, Et an diuina essentia generet aut generetur,& an sit eadẽ identitas diuinæ essentiæ ad quamlibet personã in Triade,quæ est diuinæ essentiæ ad ipsam diuinam essentiam. Et an potentia generandi in patre sit absolutũ qddã an respectiuũ, Et an potẽtia generãdi possit cõmunicari filio a pr̃e. Itẽ si cõcedat̃ deũ generare deũ,utrũ deus generet seip̃m deum an aliũ deũ. Hoc genus innumera tractant̃ circa simpliciſſimũ & clariſſimũ articulũ fidei catholicæ,nec in scholis opinor impie disputari, mõ sobrie. Ita circa q̃stionẽ p̃destinatiõis q̃ est affinis lib. arb. q̃runt an possibile sit,aliquẽ p̃destinatũ dãnari,& reprobatũ saluari. Itẽ an p̃ter diuinã uolũtatẽ sit alia causa p̃destinationis aut reprobationis. Hæc tractare in scholis modo sobrie,nõ improbo uer; cõsultius arbitror,ut q mediocri sunt ingenio,abstineãt ab hoc q̃stionum genere in quibus

piculose

periculose errat̃, nec tractent̃ apud populũ. Non igitur dãno qui apud populũ docẽt, eẽ liberꝝ arb. simul adnitens cũ adiuuante gratia, sed q̃ apud rudẽ plebeculã tractãt eas difficultates quas uix in scholis cõuenit. Veluti sacerdos pie docet populũ, eẽ patrẽ, & filiũ, & spm̃ sanctum Cæterꝝ illas scholasticorꝝ difficultates, de notionibus, de realitate & relationibus tractare apud promiscuam multitudinẽ, an expediat, tu uideris. Huius generis exẽpla quũ aliquot proponã in Diatriba, intermisces hæc ꝟba, nõ sine aculeo & suspitiõe. Quid hic est suspitiõis, si nolim ea q̃ circa has materias disputant Scotistæ & Occanistæ disputari apd̃ imperitos, ne app̃ doctos quidẽ altius ĩ hæc penetrari q̃ sat est? Aut quẽ aculeũ mihi narras? An ut suggillẽ articulũ de tribus p̃sonis & eadem essentia? Quid em̃ tu dubitabis impingere, quẽ nõ pudet toties Erasmũ uocare Lucianũ & Epicurꝝ? De peccato irremissibili dicet̃ alias. Sunt igit̃ quæstiones prorsus inutiles, quales arbitror de instantibus & prioritatib⁹. & an sit propositio possibilis, pater odit filiũ deũ, & an anima Christi potuerit falli aut mentiri. Sunt rursus utiles, sed in q̃bus nõ sit operæpreciũ sic cõtendere, ut scindamus christianam cõcordiã, sed satius est, ut p̃mittamus unũquemq̃ in suo sensu abundare. Sunt rursus dogmata maxime necessaria, sed in q̃bus aliquousq̃ progredi licet, quoad nobis p̃lucet scriptura diuina. Quod genus est de uno deo ac tribus p̃sonis. Quanquã hic q̃q̃ bis peccat̃, si uel altius scrutemur q̃ oportet, uel apud eos tractemus, q̃bus hæc nõ conueniunt.

niunt. Hanc fuisse mentẽ meã, palã ꝑspiciet, q̃ me am D. atribã attente leg erit. Quare etiã atq; etiã te rogo Luthere, qd ad hanc causam faciunt, tot tua cõuitia, tot calũniæ, tot insultationes, tot uociferationes, tot execrationes, me optare in literis sacris Scepticor̃ licentiã, me nihil curare, utrum assequar an nõ assequar qđ præscribit scriptura, aut ecclesia, & mea uerba nihil aliud sonare, q̃ apud me nihil referre quicquid a quolibet ubiq; credatur, mõ pax mũdi cõstet, liceatq; ob periculũ uitæ, famæ, rer̃ & fauoris, illũ imitari q̃ dixit, Aiunt, aio negant, nego. & habere Christiana dogmata nihilo meliora, q̃ philosophor̃ opiniones, & ex uerbis meis nihil aliud declarari, q̃ me in corde Lucianũ aut aliũ quendã de grege Epicuri porcũ alere, q̃ quũ ipse nihil credat eẽ deũ, rideat occulte oẽs q̃ credũt, & confitent̃, & ais alibi me tibi grandẽ inhalare crapulã Epicuri necaliud spirare q̃ Lucianũ ἄθεον. Nec his rantis conuiciis cõtentus, etiã figurã rhetoricã adhibes, Scis, inquiens, qd hic premã. Hic tibi ꝑsto sunt illæ tuæ hyperbolæ, sine quibus nihil scribis. Sophistis, sic em uocas Theologos, ubiq; tribuis summã impietatẽ, & me facis tã impie scribentẽ, ut ab impijs fuerim dentibus dilacerandus, nisi tu eos tua pietate reuocasses. Perinde quasi dicas, basiliscũ nec ab alijs uenenis tolerari. Deinde quũ me toties facias Lucianũ ἄθεον, q̃ dicã in corde meo, nõ est deus, quũ me facias Epicuri de grege porcũ, q̃si credã aut nullũ eẽ deũ, aut si qs est, ei non eẽ curę res mortaliũ, hæc inq̃ quũ impingas, quibus ne fingi

quidẽ

quidem quicq̃ poteſt atrocius, tamen addis hyperbolam, me ſcire, quid hic premas. Hic erat locus in te debacchandi, ſi calami tui petulantiam imitari uellem. Nihil erat opus tã impudentibus cõmentis. Poterã ex alior̃ ſententijs aperire qd̃ monſtrũ tu celes in corde, & quẽ ſpm̃ tua ſcripta nobis inhalent. Etem̃ ſi tibi ius facis quidlibet in me iaculari uel ex tuor̃ ueredarior̃ delationib⁹ uel ex fratrũ literis, uel ex animi tui diuinatione, quãto iuſtius ego poſſem idẽ ex Cæſaris ac pontificũ diplomatibus, ex grauiũ uiror̃ libris in te proditis? Obteſtor tuũ iſtũ ſpm̃ quẽ toties nobis iactas Luthere, utrũ hæc ex animo ſcribis, an in odiũ mei cõfingis? Si me ſentis eẽ talẽ qualẽ deſcribis, falſiſſimã de me cõcepiſti opinionẽ, ſin iſta qd̃ magis credo cõfingis, facile diuinas, qualẽ ego de te cõcipiã opinionẽ. Sin hæc ad te detulerũt fideles in Chriſto fratres, peſſima fide mẽtiti ſunt. An ideo mihi curæ non ſunt eccleſiæ domata, qa tuas damnatas aſſertiones tueri recuſo? An hoc reſtantur tot meæ lucubrationes, me credere nihil eẽ deum? Quorſum opus erat tantũ laboris deſudare, quũ licuerit prophanas tractare materias? Aut qs unquam audiuit ex me uocẽ de deo impiã? Ver̃ ſcio te longe aliud ſentire q̃ ſcribis, nec̃ cuiquã obſcur̃ erit, quo ſpũ affiatus hæc tam odioſe ſcripſeris. Nec illa fucata facient ut quiſquã tibi credat, Metue ſpm̃ dei qui ſcrutatur renes & corda, nec fallitur compoſitis uerbis. Huiuſmodi ſi uelim in te uiciſſim uti, quantã dicendi copiam mihi non ars rhetorica, ſed ipſa res ſuppeditatura ſit, &

sit, & tu uides, opinor. Sed certum est tueri pro-
missum, depellam intentatam calumniam, nõ re-
calumniabor. Quanquam hæc calumnia tam im
pudens est, ut non egeat ullo patrocinio. Ergo ad
rem. Si tibi usq; adeo displicent Sceptici, si tanto-
pere placent assertores, quur quod ab orthodox-
is omnibus assertum est, quod ecclesiæ clarissi-
ma uoce præscriptum est, audes conuellere? V-
trum magis impium est, non disputare plusquã
sat est de dogmatibus Christianis, an ea labefacta
re, disijcere, conculcare, & his ornare uocabulis,
quibus tu ornas? Hic mihi rursus ingeres tuam fi
guram, quasi tu reuerearis (inquis) scripturas &
ecclesiam. Quid superest, nisi ut prophetiæ spiritũ
tibi uindices, immo diuinitatem quandã, ut pro-
nuncies quid quisq; celet in corde? Et tamẽ toties
repetis, te nolle de animo meo iudicare. Solus de-
us dictus est καρδιογνώστης. Excute tuũ cor, & noli
de alieno iudicare. Vides hic Luthere qd merea-
ris audire? Ego non reuereor scripturas sacras, &
(tu reuereris?
¶ Et hic scilicet erat locus scõ-
mati, Verũ tu de cõfitendo Chr̃o, & dogmatibus
eius, hic nihil uoles dixisse. Recte moneor, & ego
in grãm tui, meo iuri cedo, ac de aĩo tuo nolo iu
dicare, inq; aliud tẽpus uel alijs id reseruo. Hęc ꝟ-
ba qd olẽt, qd spirãt, qd sapiũt? Quid nisi spm̃ syn
ceritatis Euãgelicæ? Obsecro te si uelles, potes tu
iudicare de aĩo meo, etsi iudicares, qd aliud, q̃ im
pudẽtiã lucrifaceres? Aut qđ ius tuũ uocas qđ in
grãm meã cedis? Nũ licẽtiã in quoslibet iaculãdi
quidlibet? Aut quẽ morẽ tuũ mea cã relinquis?

Nõne

Nonne toto hoc libro morē antiquū obtines, niſi q̄ maledictis & calūniis teipſum ſuperas? Aut q̄d tēpus, quos alios ſycophantas mihi minitaris? Ita ne nc tu purgatus eris eccleſiæ catholicæ, ſi mihi crimē impietatis impegeris? Iſtis artibus, opinor, apoſtoli mundū pellexerunt ad Euangeliū. Hoc uolo te tuoſq̄ oēs ſcire, primū q̄d ad ſcripturas attinet, fieri poteſt, ut in his enarrādis labor imprudens, q̄d, ut tu p̄dicas, paſſim accidit Hieronymo. Cæteꝝ nō alia in re magis colloco, uel ſpei, uel ſolatiū q̄ in diuinis literis, ex q̄bus arbitror me tantū hauſiſſe lucis, ut abſq̄ tuis cōtentioſis dogmatib⁹ ex miſericordia dñi ſperē æternā ſalutē. Itaq̄ ſcripturaꝝ nō minor eſt apud me reuerētia, q̄ apud eos q illas adorant religioſiſſime. Deinde q̄d ad eccleſiæ reuerentiā p̄tinet, fateor me ſemp optaſſe repurgari eccleſiā a quibuſdā morib⁹, nec me p̄ omnia aſſentiri oībus dogmatibus ſcholaſticoꝝ. Cæteꝝ eccleſiæ catholicæ decreta p̃ſertim ea q̄ generalibus ſynodis prodita ſunt, & Chr̃iani populi cōſenſu cōprobata, tantū apud me ponderis habent, ut etiā ſi meū ingeniolū humanis rationibus nō aſſequat q̄d p̃ſcribit, tñ uelut oraculum a deo profectū ſim amplexurus, nec ulla eccleſię cōſtitutio a me uiolabit̃, niſi neceſſitas ipſa legē relaxet. Ac mihi uehementer diſplicerē, animoq̄ diſcruciarer, ſi proceres eccleſiæ eā ſentētiā in me tuliſſent quā in te pronunciauerunt, qualē cauſam ſis habiturus apud deū, ipſe uideris. Hunc animū hactenus p̃ſtiti & p̃ſtabo. Tu diuina ex tuo animo quæcūq̄ uoles, ac me terq̄ quaterq̄ papiſticum

appella

appella. Animo meo nihil potes obiicere, nisi qđ cĩ
oibus bonis uiris optaui correctionẽ eccl'iæ, si sine
graui rei tumultu fieri posset. Nec te pudet toties
mihi obiicere optatã Scepticoꝝ licẽtiã, quasi qđ'
p se falsum est repetẽdo & asseuerando fiat uerum.
In literis sacris, quoties sensus dilucidus est, nihil sce
pticum esse uolo, similiter, nec in decretis ecclesiæ
catholicæ. Cæteꝝ in aliis de quibus assertores ma
gna contẽtione digladiant̃, dico me facile discessu
rum in sniam Scepticoꝝ, hoc est, diu consideratuꝝ
nec temere pnunciatuꝝ. Non est igit̃ Scepticus q̃
non curat scire, qđ uerum qđ falsum, quum a con
siderando nomen habeant, sed q̃ non facile definit,
neq; sua opinione digladiat̃, ueꝝ quod alius sequi
tur, ut certum, ille sequitur ut probabile. Tales Sce
pticos uideas fuisse ueteres Orthodoxos frequẽter
in enarrandis sacris lr̃is, inquirentes ac suspendẽtes
interim sniam, iudiciũ aliis deferẽtes. Et in pleriscq;
definiendis eccl'ia Sceptica fuit, multis seculis suspẽ
dens. Quis autem tam puersæ mentis est, ut malit
nihil certi scire q̃ omnium rerũ habere certam sciẽ
tiam? Verum in tanta rerum caligine, modestius si
mul & quietius est Scepticum agere, q̃ contentio
sum assertorẽ. Quid erit tandẽ quod tu non depra
ues ad calumniam? Quam uero amanter interpre
taris quod scripseram, siue assequor, siue non asse
quor, id est, non curas, an assequaris nec ne. Et ad
dis grauiter, Chr̃ianus uero anathema sit, si nõ cer
tus sit & assequtur, qđ ei p̃scribit̃, quõ em̃ credet qđ
nõ assequtur? Ita ne uir egregie assequ est certũ scire?
An potius rẽ intellectu difficilẽ, ingenij uiribus, &

naturalibus argumẽtis ꝓcipere? Necꝫ te fugiebat, qd sentirẽ, nõ usꝙ adeo rudis es Latini sermonis, sed huc te rapuit calumniandi libido. Et si parꝫ sci res Latine, ipe sermonis cõtextus indicat qd sentiã. Quid em̃ aliud est submittere sensum humanũ ec clesiæ iudicio, nisi credere quod præscribit eccliã? Ego nõ assequor quõ differat pater a filio, quõ ꝓ cedat spũs sanctus ab utrocꝫ, quũ neutrius sit filius & tñ hoc apud me certius est, q̃ qd digitis cõtrecto. Et uide q̃ inique calumniaris oia. Eandẽ sniam quã in mea Diatriba calũniaris multisꝫ conuicijs exa gitas, ipe ponis in tua formula, qua meã scilicet cor rigis Vbicũcꝫ ings ꝓ infirmitatẽ liceret &c. Q, tu uo cas infirmitatem carnis, ego dico non assequi. Ne cꝫ em̃ ueritas ẽ in cã, quo min9 assequamur, sed infir mitas ingenij, q̃le me ꝓfiteor habere. Hic αὐθέντης quadruplicem litem moues. Primũ quod scripse ram in sacris literis esse aliquid obscurum, deinde quod tibi ius adimam rescindendi, quæ sunt a pri scis decreta, denicꝫ quod nolim omnia apud quos uis euulgari, ut ad mediũ primo loco respondeam ius istud adimat tibi qui dedit, surgente posterio re prophera iubetur prior tacere, quid tum postea Ergo ne fas cuiuis rescindere ueterũ sentẽtias pub lico ecclesiæ iudicio comprobatas? Denicꝫ quur tu sic commoueris in prophetas qui surgunt post te? Quur illis iuxta Pauli ꝓceptum non das locum? Deinde quod dicis de luce scripturarum, utinam esset ueriſſimũ. Sed longe aliter sentiunt qui in hac explananda multis retro seculis desudarunt. De hoc posterius incidet ut loquamur. Atcꝫ hunc cam

pum

pum ingrediens, statim uteris arte tua, dicēs quod ego Christiana dogmata sic distinguam, ut quædā sint necessaria cognitu, quædam minus. Obsecro quis unquam dixit Christiana dogmata non esse cognitu necessaria? De quæstionum generibus loquor, non de Christianis dogmatibus. Deinde nō illic ago de professoribus theologiæ, sed de uulgo. Nam hodie & coriarij in compotationibus disputāt de libero arbitrio. Iam quod ipē fateris insignis tantum obscuritatem esse, non in rebus, haud magni refert ad excludendam obscuritatē, utrum fatearis res non intelligi, propter ignoratas uoces, an rer caliginē esse in cā utuoces nō intelligant. Qđ si sola grāmatices peritia, submouet oēm obscuritatem a sacris literis, qui factum est ut diuus Hieronymus, linguis oībus instructus, sic passim hęreat, sudet in explanandis prophetis? ne quid alios commemorē in quibus est & Augustinus cui nōnihil tribuis. Quur tu ipē qui linguarū inscitiam non potes prætexere, non nunq̄ hæres in explicandis psalmis, testificās somniū animi tui sequi, nō dānatis aliorū opiniōibus. Atq̄ si ueritas in ꝓpatulo ē, oportebat eorū opiniōes q̄ a uero aberrassent reiicere. Hoc eū certe decebat, q̄ sic odit Scepticos, professus assertorē. Deniq̄ quur inter tuos fratres adeo male cōuenit? Eandē scripturam habent oēs, eundē spiritum sibi uidicant oēs. Et tamē Carolstadius abs te fortiter dissensit. Dissentit & Zuinglius & Occolāpadius & Capito, q̄ Carolstadij sniam ꝓbāt. ꝓbationes non probant. Rursus inter Zuinglium & Balthazarum, quantis de rebus, quantum est dissidium?

Ne commemorē imagines ab alīs eiectas, p te de-
fensas, ut taceam de nouo baptismo, ab alīs prædi
cato, ut sileam humanas disciplinas, ab alīs repro-
batas, abs te defensas. Quū tractetis oēs, rē scriptu
ræ, si ea nihil habet obscuritatis, quur inter uos tā
male cōuenit? Nec est quod hic miseros sophistas
exagites, docet hoc Augustinus, obscuritatē alias p
ficisci ex ignoratōe seu ambiguitate uocum, alias
ex ipsa natura rei, nōnunq; ex tropis & allegorīs,
interdū ex locis inter se pugnantibus, quod ad ser-
monis spēm attinet. Et causam adfert, quare Deus
hanc obscuritatē in sacris uolumībus residere uolu
erit. In loco de peccato in spm̄ sanctū nunq; remittē
do, negas qcq; eē obscuritatis. At Augustinus fatet
se semp uitasse huius difficillimæ quæstōis molesti
am, & tamē quum tractet eam accurate, non sibi fi
dit, sed suspēdit sniam. Breuiter an sibi satisfecerit
nescio, mihi non satisfecit. Verba sunt, ut ais, clariss
sima, peccatum irremissibile, sed doce, quæ sit illa
blasphęmia in patrē aut filium, cui promittitur re-
missio, quæ in spm̄ sanctū, cui negat. An contume-
lia patris & filī non ptinet ad spm̄ sanctū? Deinde
quod est illud seculū futurū, in quo uident condo-
nari quædam peccata. Vide quāta sit in clarissimis
uerbis obscuritas. Quæ nō torquet Augustinus, ut
ex his angustīs semet explicet, & tn̄ non explicat,
nec mea nec sua ipsius snia. Porro qđ me cū oibus
sophistis, puocas, ut uł unū locū obscurū aut abstru
sum, pferamus e diuinis uolumībus, quē tu nō stati
oñdas eē dilucidū, utinā pstare posses qđ pollice-
ris, deferemus ad te difficultatū examina, tibiq; cō
dona-

donabimus, si nos appelles talpis cœciores, modo luculēter explices in qbus hæremus. Quod si nobis hanc legē præscribas, ut qcqd tu fueris interp̄tatus id credamus sentire scripturam, nō patiētur tui sodales, q tibi fortiter reclamant asseuerātes te de Eucharistia pperam interp̄tari scripturas. Quare non æquum ē, nos tibi plus autoritatis tribuere, q̄ tribuunt tuæ ꝓfessiōis sodales præcipuis? Iam quum hic agamus de difficultate quæstionū, quæ ex mysticis lr̄is nascunt̄, ueluti quum quærimus, qd sit illud, qđ distinguit in sacra trade ꝑsonā a ꝑsona, res an relatio, & an spūs sanctus quum procedat ab utroq; ab uno principio procedat, an a duobus, aliaq; īnumera. Itē quū legamus ipm̄s post hāc uitā denūciari ignē gehēnæ, quæsitū an ipiorū aniæ statim ut auulsæ sunt a corpore, dedant̄ supplicijs, an seruētur luituræ pœnas in die supmo. Rursus an ignis ille sit materialis, & si est, quomodo res corporea agat in aīam īcorporeā. Tu q solus nunq̄ deflectis a re ꝓposita, mire huc confers scripturas & ratōes, de lapide reuoluto a monumento, de Euangelio prædicato oīmi creaturæ, quasi tales difficultates prædicarint apli. Qđ si nomē Euāgelij Chr̄ic; quæstiōes eiusmodi uniuersas cōplectit̄, unde factū est, ut post p̄dicatum Euāgeliū tanta cæcitas resederit in eccl̄ia dei, ut post aplos nullus extiterit, p̄ter Iohannē Hus & Vuycleuū, q nō passim hęreat in sacris lr̄is. Nisi forte sentis nihil ultra quærendū, q̄ sacris lr̄is exp̄ssum est. At hoc nec te nec tuos sentire uerisīle est. Nā tu hactenus cū eccl̄ia faciēs ꝓnūcias, in synaxi uerū eē corpus & sanguinē, id est, substātialiter. At q sub-

ſtantiæ uox nō eſt in ſacris literis. Rurſus tui fortiſſi
me contēdunt, nō eſſe illic corpus & ſanguinē niſi
in ſigno efficaci. Ne hoc quidē exprimūt ſacræ lite
ræ. Oibus inquis notū eſt filium dei factum homi/
nem, eſſe deum trinum & unum, Chr̄m pro nobis
paſſum & regnatur̄ in æternū, poteras eadē opa
e ſymbolo ꝓferre duodecim articulos. Iſta fateor,
& laicis decātāda. Sed q̄d hoc ad difficultates quæ
ſtionū q̄ ex his artic̄lis oriūtur? Nam nos de his loq̄
bamur, nō diſputādis apud ꝓmiſcuā plēbē. Proin/
de uides opinor q̄ illa ſint aproſdionyſa quæ citas,
prædicate Euāgelium oīi creaturæ, & in oēm ter
ram exiuit ſonus eor̄, & quæcunq; ſcripta ſunt ad
noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Et oīs ſcripturadi
uinitus inſpirata, utilis eſt ad docēdum &c̄. Iſta q̄s
unq̄ negauit? Hæc ſcilicet faciebāt ad Rombum, ut
tuis abutar facetijs. Porro q̄d reiicis meum Corici
um ſpecū q̄ declarat aliquo uſq; ſcrutādas lr̄as ſa/
cras, cæter̄ altius q̄ ſat eſt ingredi nefas eē, ne ſcru
tator maieſtatis opprimat̄ a gloria, ſed abſtruſiſſi/
ma quæq; myſteria oībus in promptu atq; propa/
tulo eſſe, ſatis tu q̄dem fortiter aſſeris, ſed ipō mū/
do req; ipa reclamāte, poſtremo tuis ipſius ſcriptis,
ac tuor̄ diſſidio refellēte q̄d aſſeris. Non admodū
excutiā hic diſtinctionē tuam qua diſcernis deum
a ſcriptura, quē admodū cretorē a creatura, quā p
poſiturus, neſcio quamobrē profitearis te uelle rhe
toricari aut dialecticari, aptius erat ſi dixiſſes ſophi
ſticari. Nā illi diſtinctiōibus ſolēt elabi, q̄d tu n hilo
rarius neq; uerecundius facis q̄ illi, quoties tibi cō
modū eſt, Scriptura nobis deū depingit, ac de diui

næ

næ naturæ mysteriis loquit. Proinde sermo de re, ut est incomphensibili, & ipe aliqua ex parte incomphensibilis sit oportet. Nec refero pronomē eius ad scripturā ut tu diuinas, sed ad deū. Inepte igit, inquis, accōmodas ad scripturā, quum illic loquatur de deo, quē ad modū & Esaias, uer inter sese respōdent imago & res expressa. Et Paulus antequ ad hæc uerba ueniret, tractauerat ex sacris lris difficillimā quæstionē de Iacob dilecto, & Esau odio habito, de figulo & luto fictili. Quare nō tam inepte mihi tractata sunt hæc loca, q̄ tu uideri uis, sed quæ adducis testimonia, nihil faciūt ad sensum meum, qui tñ nō uidet fugisse te, quum hunc in modū scribis.

17 Si loqueris de sophistar quęstionibus circa has res agitatis, quid tibi fecit innocentissima scriptura & cætera.

Sciebas igitur me non de scriptura, sed de quæstiōibus hinc existentibus loqui.

Proinde quorsum attinebat tot uerba incassum fundere?

Quanq̄ non oēs quæstiones sophisticæ sunt, sunt & utiles & necessariæ modo sobriæ sint, & quoad fas est progrediantur, & tamen in his sunt quædā quæ nec a quibuslibet tractanda sunt, nec apud quoslibet. Rursus illa distinctio de obscuritate interna & externa, ad nihil conducit, nisi ut elabaris, nosq̄ tua loquētia delasses. Nec in hoc dico in scripturis esse difficultatē aliq̄t locis, ut homines ab eius lectione deterreā. sed ut exhorter potius ad acre studium, & a decernēdi temeritate dehorter par exercitatos. Ver hæc alias fortassis incident.

Veniã ad formulã Chr̃ianæ mentis, quã tu ꝓnun-
cias pluſq̃ ethnicã & Iudaicã, quã tñ ut dictũ eſt, ꝑ-
ſcripſim⁹ nõ tui ſimilibus, ſed idiotis, q̃ nihil aliud ſunt
q̃ Chr̃iani. Sed ꝑſtat ipſam formã hic referre, q̃ ma-
gis ꝓſpicuũ ſit lectori qđ agimus. Ego meo (inq̃) iu-
dicio, qđ ad liberã arbitriũ attinet, q̃ didicimus ſa-
cris lr̃is, ſi in uia pietatis ſumus, ut alacriter ꝓficia-
mus ad meliora relictorã obliti, ſi peccatis inuolu-
ti, ut totis uiribus enitamur, adeamus remediũ pœ-
nitẽtię, ac dñi miſericordiã modis oĩbus ambiam⁹
ſine qua nec uolũtas humana eſt efficax, nec cona-
tus, & ſi qđ mali eſt, nobis imputemus, ſi qđ boni to-
tũ aſſcribamus diuĩæ benignitati, cui debemus &
hoc ipm qđ ſumus. Cæterã, quicqđ nobis accidit in
hac uita, ſiue lætũ ſiue triſte, ad nr̃am ſalutẽ ab illo
credamus ĩmitti, nec ullã poſſe fieri nobis iniuriã, a
deo natura iuſto, etiã ſi qua nobis uidenr̃ accidere
indignis. Nemini deſperãdã eẽ ueniã a deo, natu-
ra clemẽtiſſimo. Hæc (inq̃) tenere meo iudicio ſatis
erat ad Chr̃ianã pietatẽ, nec erat irreligioſa curioſi-
tate irrũpendũ, ad illa retruſa, ne dicã ſupuacanea
an deus cõtingẽter præſciat aliqđ &c. Primũ ut ſæ-
de iam dictũ eſt hæc forma datur idiotis Chr̃ianis,
q̃bus ſatis eſt, ut ꝓuiribus ꝓficiãt, ſeq̃ totos uolun-
tati diuinæ cõmendẽt, nec ab his opinor requires,
ut ſeſe torqueãt quæſtionibus ne inter theologos q̃-
dem ſatis explicatis, de futuris cõtingẽtibus, de ꝑ-
ſciẽtia & ꝑdeſtinatõe dei, & affingis me hic depoſi-
to Sceptico, aſſeuerare, quũ bis adĵciam meo iudi-
cio. Verum iſtiuſmodi permulta tibi permittis, &
ego ne nimium hic operæ ſumam, ad multa con-
niue

niuebo. Nunq̃ em̃ dissuasi, ne quũ inciderit oppor
tunitas, ppl'us q̊q; audiat, eẽ liberꝝ arb. sed ineffi-
cax absq; dei gratia, ueꝝ illa q̃ nũc doces populũ,
nullũ eẽ liberꝝ arb. oĩa mera necessitate fieri, præ-
terq̃ qd̃ falsa sunt, ꝑniciose dicunt̃ apud imperitã
multitudinẽ, nec mihi uidet̃ cõsultũ, ut etiã q asse-
runt liberꝝ arb. cæteras huius q̃stionis difficulta-
tes tractẽt apud ppl'm. Quot sunt purissimi chr̃i-
anissimi uirgines q̃ sese totas diuinæ uolũtati cõse
crarũt, nec tñ intelligũt, qũo p̃sciat deus, & an ali-
qd p̃sciat qd̃ nolit, & qũo eadẽ uelit, & nõ uelit, &
qũo p̃sciat cõtingẽtia, q̃ pendẽt ab humana uolũ
tate. Corpus nostrũ nõ intelligit qũo uim suã in ip
so exerat aĩa, satis est, ꝙ aĩo se p̃bet morigeꝝ, ita
nõ est necesse ut aĩa sciat qbus modis ipsa operet̃
gr̃a, sufficit qd̃ se gr̃æ p̃bet obsequẽtẽ. Tu uero pu
tas nihil eẽ religiosum, si hæc a religione Christia
na semoueant̃, an nr̃a uolũtas agat aliqd cũ operã
te gr̃a, an deus p̃sciat aliqua cõtingẽter, sed hæc
occurrẽt suis locis. Nõdũ em̃ disputamus, sed tu-
as calũnias qbus liber tuꝰ undiq; scatet, refellimꝰ
Quaꝝ hæc una nõ multũ habet frontis, q̃tũ men
tis, nescio. Formã hãc dãnas ut Ethnicã ac Iudai-
cã, qd̃ ne iota qdẽ fecerim mentionẽ Chr̃i, quasi
doceã eẽ pietatẽ Chr̃ianã sine Christo, tantũ si de-
us natura clemẽtissimus totis uiribus colat̃, quãq̃
hæc uerba, tantũ si deus, &c. de tuo affinxisti, ne
nõ haberet aliquẽ fucũ tua calũnia. Hic iteꝝ ap-
pello tuã cõsciẽtiã Luthere, nõ te pudet tales næ-
nias miseris chartis illinere? Tu huc torques mea
uerba, q̃si formã totius Christianismi p̃scipserim

oĩbus. Immo præscripsi qđ satis esset simplicibus aduersus cõtentiosas difficultates, & propemodũ inexplicabiles, quæ tractantur circa materiam liberi arbitrij. Cedo mihi, ubi nominatur deus, utiq; Christianorum, an illic abest Christus? nisi Christũ nõ habes pro deo. Et ubi Christianus nominat an ibidẽ non intelligit Chrũs? In cuius libris frequentius inculcat nomen Iesu Christi, q̃ in meis? Et post tã euidentẽ calumniã, de nihilo suscitatã, infers hęc tragica. Quid hic dicã Erasme? Totus Lucianũ spiras, & inhalas mihi grãdẽ Epicuri crapulã. Nunq̃ tibi deest qđ dicas, sed puto cordato lectori nõ eẽ obscurũ, qd hic de te cogitẽ. Iã illud mihi uide q̃ tibi nõ constes, homo adamantinus, cui Erasmus est Proteus. Id accidere solet, quoties qs nõ ex animo loquit. Admoneo ut Christianus se totũ mancipet uolũtati diuinæ, & totus spiro Lucianũ, & inhalo crapulã Epicuri. An hoc est negãtis eẽ ullũ deũ? Nũ hoc est spirare Lucianum, qui ἄθεον dictus est, qui in libris suis derideat oẽs gentiũ deos, hactenus pĳ uocabulo dignus, si uerũ deum agnouisset? An hoc est inhalare crapulã Epicuri? Quo modo quis cõmittet se totũ deo, quem aut credat nõ esse, aut si est, nõ tangi cura rerũ humanarũ. Rursum qui credit oĩa, tũ læta, tũ tristia, pĳs immitti a propitio deo ad salutẽ nostrã, an is existimat res hoĩm nõ q̃ẽ curæ deo? Etiã atq; etiã uide Luthere, quo te rapit impetus animi tui, cui nimiũ obsequeris, cõtra q̃ decorum est personæ, quã ipse tibi imposuisti. Et tñ quasi iã argumentis irrefutabilibus euiceris qđ intendis, adornas glorio-

gloriosum, prolixũ ac magnificũ triumphũ, quẽ agis aliquot capitibus.

Iz Hæc uerba Luthere, totis uiribus enitamur, adeamus remediũ pœnitẽtiæ, ac dñi misericordiã oĩbus modis ãbiamus, sine qua nec uoluntas humana efficax &c. non miror tibi uideri sine Chr̃o, sine spũ dicta, & quauis glacie frigidiora, quũ dissentiãt a tuis dogmatibus, a q̃bus quicq̃d discrepat, impiũ est tuo sane iudicio, & hęc ipsa tñ uident̃ tibi nõ ex aĩo dicta, sed metu põtificũ ac tyrannoꝝ extorta, ne prorsus uiderer ἄθεος. Dic mihi καρδιογνώστα, est ne ullus locus in tot meis lucubrationibus q̃ aliter loquit̃ de libero arb. q̃ hic loquor, iuxta definitionẽ ecclesiæ, & orthodoxorũ sniam? Aut audiuit me quisq̃ approbantẽ tuã de libero arb. sentẽtiã? Qua igit̃ fronte fingis metu principũ nunc demũ hæc uerba a me extorta? Maluerã tecũ in harena gladiatoria non cõmitti, uel q̃a p̃uidebã me nihil profectuꝝ, nisi ut equũ in campũ (qđ aiunt) prouocarẽ, uel q̃a malueram alijs uacare studijs. Proinde si me dicas aduersus animi sniam prodisse ĩ harenã, nõ aberras a uero. Sin existimas me tecũ sẽtire. quũ aliđ apđ me celẽ aut erras tota uia, aut impudentissime confingis hoc, ut alia multa. Inuitus ac detrectãs accessi ad cõflictũ, sed in ipso cõflictu nihil aliud defendi, q̃ et sensi semper & hodie sentio. Id qđ testificatus sũ & in mea diatriba. Et tu iã olim in me stomachabaris, (id arguunt literæ tuæ a tuis excusæ) quod in causa liberi arbitrij abs te dissentirẽ. Vnde igitur nouus ille tyrannorum metus q̃ has uoculas

expressit

exp̄ssit aduersus animi mei sn̄iam? Illud scito Lu-
there nullū eē dogma tuū, de dānatis loquor, in q̄
tecū ꝑ oīa sentiā, nisi qđ q̄ scribis in mores ecclīæ
corruptos, ueriora sunt q̄ uellē. Tātū abest, ut hac
una in parte abs te dissentiā. Quare posthac omit
te illas blādas appellationes, mi Erasme, mi Eras-
me, & istis palpis tibi iuratis caput demulce. Atq;
hic mirꝝ q̄ tibi fluant uerba tragica, salso multūq;
fluenti expressa arbusto, quasi oībus interdixe-
rim ne uestigent qd possit uolūtas nr̄a, qd agat in
nobis gr̄a dei. Immo q̄ curiosius circa hæc dispu
tant̄, nō requiro ab oībus Chr̄ianis, & nego eē uē
tilanda apud ppl'm. Et legis in mea diatriba taxa
tos eos, q irreligiosa curiositate in hęc irrūpunt, si-
gnificāte aliquā piā eē curiositatē. qua hæc aliquo
usq; sobrie citraq; cōtentionē possint inuestigari.
Et uis nullū haberi pro Christiano, q ignoret, qd
sit in nobis illud qđ uocat̄ liberꝝ arb. & utrū sit in
uolūtate tantū an etiā in intellectu, Et an tantū pa
tiatur agere ab agente gratia &c.

Supiores illæ q̄stiones, & illis sil'es possunt a sim
pliciter christianis simpl'r credi, etiāsi nō excutian
tur subtilitate scholastica. Proinde qm̄ a scopo no
stri sermonis aberrasti, quicqd hic atrocibus uer-
bis exaggeras, irrel giosum, impiū, supuacaneum
frustra tibi dictū est Deinde qd opus est simplices
Christianos disputare de cōtingentibus, deq; uo-
luntate tantū patiēte, quū iā ecclesia magistra per
suasum habeāt, aliqd agere uolūtatē, ueꝝ id inef
ficax eē, nisi ꝑpetuo adsit opitulatrix gr̄a Hoc do
gma iā annis mille qngentis tenuit ꝑpl'us Christi-
anus.

anus Nec de hoc disputare fas est, nisi si q̄ moderate in hoc disputēt, ut magis cōfirmet̄ qd̄ tradidit eccl̄ia. Cæterꝝ qd̄ in cōgressu profiteor me diputatorē, non iudicē, ciuilitas erat quā tibi tuisq̄ tribui, qua simul & autoritate cōciliorꝝ, pontificū & academiarꝝ memet exarmaui. Quid em̄ attinebat me pronūciare, de quo iā olim pronūciauit ecclesia catholica? Proinde quū hoc agā tota mea diatriba, ut euincā eē uerꝝ qd̄ definiuit eccl̄ia, esse in hoīe uim liberi arb. q̄ operāti in nobis gr̄æ cooperet̄ sed sic ut ip̄m nō assequat̄ salutē absq̄ gratia, q̄d attinet mihi ingerere mea uerba, q̄bus assero uolūtatē aliquid agere, in his q̄ ꝑtinēt ad æternā salutē, & hāc rursus inefficacē eē, sine misericordia dei? Sed hic mecū pugno (ut ais) q̄ p̄fatus sim, eē curiosum his de rebus disputare. Nō solū curiosum, uerūetiā impiū est illa uocare in dubiū, quę tanto cōsensu recepit ecclesia, id qd̄ tu facis. Et addo multas alias q̄stiones q̄ huic adhærent, quas tu prudens retices. At in forma nō definio, q̄d ualeat nr̄a uolūtas, q̄d misericordia, & qūo intelligēdū sit agere & pati, q̊ uidelicet prudēs, ut scribis, faciā ignaros. Graue flagitiū, si hæc nō explico in forma quā p̄scribo simplicibus, at explico satis opinor, in ipsa disputatiōe, & forte melius q̄ tu ferre possis. Nā qd̄ tu diatribā meā sic eleuas, sic deijcis, sic cōspuis, hoc ip̄m arguit illā nō tā asperna bilē eē, q̄ tu uideri uis. Si nō urgeret te, nō tot conuicijs in illius autorē debaccharet̄ tuus calamus. Rursum illa uide, q̄ nō in loco tibi dicunt̄, qd̄ neutri parti adhærere statui, & inter Scyllā & Cha-

rybdim

rybdim tuto euadere, ut medio mari fluctib⁹ ob
rutus & confusus oia asserā quæ nego, & negem
quæ assero. An omnes defecerūt ad tuā Charyb/
dim qui nō stringunt calamū pro ecclesia? An de
fecit ab ecclesia, quisquis maluit aliud agere, q̄m te
cū cōgredi? Auestro fœdere me alienū esse semp
professus sum, cū ecclesia catholica pacē habeo,
cui & censurā scriptor⁹ meor⁹ detuli, si qd ineſter
roris humani, nā malicia aut impietatē procul ab
illis abesse scio. In nullius grām unq̄ impugnaui
cognitā ueritatē, nec ullius tyrannidē meis scrip/
tis foui. Mihi in pontificū & episcopor⁹ uitam cē
soria uirgula data nō est. Et siqd monitis proficit
uideor mihi hic fuisse liberior, q̄p huic personę cō
gruebat. An ideo seiūctus sum ab ecclesia, quod
mihi cum duobus aut tribus theologis, quos tu
sophistas uocas, parū conuenit? Hæc quum tot e/
pistolis & priuatim scriptis, & per typographos
euulgatis ante tot annos declararim, tibi adhuc
nauigo inter Scyllā & Charybdim (nā hoc tā le/
pido dicto uideris mire delectatus, toties inculcas
nobis) & neutri parti adhæreo. Si p̄suasisses nobis
re eē uirum illū diuinitus orbi datū, qui gladio ✝/
bi Euangelici, renouares ecclesiā, q̄ ducereris spi/
ritu dei, cui soli nihil esset obscur⁹ in sacris literis,
ultro isthuc adrepsissemus, etiā pedes tuos exos/
culaturi. Verū hoc, quantumuis arrogas tibi, mihi
nōdum persuasisti. Permulta quidem obstiterūt,
sed inter præcipua fuit ista tui calami amarulētia,
& effrenis conuiciandi libido, ac plusquā scurri/
lis dicteriorum sannarū q̄p petulantia, qua uteris

in oēs

in omnes, qui audent aduersus tua dogmata hiſ-
cere. Hic em̄ non ſolū deſiderare cogimur ſpiritū
illum Chriſti, quē tibi fortiter arrogas, uerūetiā
ſentimus longe aliū ſpm̄, uidelicet Lucianicū aut
Ariſtophanicū, niſi mauis Archilochiū. Et tu ne-
gas animā hoīs ferre duos ſeſſores, quor̄ alter al-
ter̄ uiciſſim depellat, at q̄ tua legit, ſentire uidet̄
ambos ſimul eidē aīæ inequitātes. Quū em̄ nobis
cōmendas fiduciā erga deū, quū extenuas uires
hoīs, quū diuinæ ſcripturæ maieſtatē & autorita-
tē extollis, oīaq̄ hūana p̄ hac deīcis, multa ſic di-
cis, ut uideri poſſint ab euāgelico ſpū ꝓficiſci, rur
ſus ubi tuis Vuilheylis & applauſoribus incipis a-
gere fabulā, tāta eſt petulātia, ſubſannādi, cōuici-
andiq̄, tāta uafricies, & adeo nullus in his modus
quū in argumētādo ſis aſtrictus, ut nullus q̄uis æ-
quiſſimus tibi, poſſit excuſare ſpm̄ tuū. Iā q̄ graui
us uulneres, uafricie q̄dā addis maledicētiæ ſtro
phas, & obliq̄s figuras, hoc ē, gladio uenenū illi-
nis. Quēadmodū & hic facis, quum nihil omiſeris
q̄d in hoīem deploratiſſimū dici poſſit, quū ſim ti
bi Lucian⁹ atheos, quū Epicuri de grege porcus,
quū tā ipius, ut nec ipiſſimis Sophiſtis ſim tolera-
bilis, quū hoſtis totius Chriſianiſmi, q̄ nolim apud
pplm̄ diſputari, an de futuris cōtingētib⁹ ſit certa
ꝟitas, tñ adhuc aliq̄d p̄miſ in pectore, & cōcedis
de tuo more, & uela cōrrahis, & ni Eraſm⁹ eſſem
tuo more ferreris i me, q̄ſi tibi poſtules & grās a-
gi ꝓ tā clemēti modeſtia. Hæc i te quū ſint euidē
tia, tñ poſtulas ut credamus te nihil facere ex lib.
arb. ſed ex moderatiōe ſpūs Chriſti, & ind gnaris

quod

qđ nõ protinus deserta doctrina, quã tot retro se-
culis amplexa est, ac tenuit ecclesia catholica, iure
mus in tua uerba. Mihi nunq̃ fuit aĩus admisceri
uestræ cõspirationi. Et tñ si me tæderet huius ec-
clesiæ, q̃so te ꝑ Euangeliũ, quo me uacillantẽ ac ꝑ
plexũ uocares? ad istã uestrã disgregatã cõgrega
tionẽ, & undiq; dissectã sectã? Carolstadius in te
debacchatus est, tu uicissim in illũ. Nec dissidium
fuit de lana caprina, sed de re grauissima. Zuingli
us & Oecolampadius multis uoluminibus oppu
gnãt tuã sniam. Et his cõsentiũt aliquot proceres
tuæ cõgregationis, quoꝝ est Capito. Rursum Bal
thazarus quãta cõtẽtiõe pugnauit cũ Zuinglio?
Et haud scio an istic in exigua ciuitatula, satis in-
ter uos cõueniat. Hic tui discipuli palã docebant
disciplinas hũanas eẽ uenenũ pietatis, nõ eẽ discen
das linguas, nisi Hebraicã & Græcã ex aliquãtu-
la parte, Latinã prorsus negligendã. Extiterunt q
tollerent baptismũ, tũ q nouarẽt, nec defuerunt q
hos opprimerent. Alicubi diuoꝝ imagines dira
passæ sunt, tu illis tulisti suppetias, Vbi prodisset
libellus tuus de instaurandis studijs, aiebant te de-
stitutũ tuo spũ, iã humano spũ cœpisse scribere, q
pugnaret cũ Euangelio, idq; dictitabant te facere
in grãm Melanchthonis. Exortũ est isthic prophe
ticũ genus, qui cũ tibi fuit acerrima conflictatio.
Deniq; quẽadmodũ quotidie inter uos existũt no
ua dogmata, ita simul exoriunt̃ noua dissidia, &
postulas ne qs a uobis dissentiat, quũ ipsi intes uos
de rebus grauissimis sic dissentiatis? Finge igit̃ ue
rũ eẽ qđ toties sine fronte repetis, me miseꝝ flui-
tare in-

tare inter Scyllã & Charybdim, in qđ littus, in quẽ portũ me uocas? Si qñ dediſſem nomẽ ueſtro fœderi, & in ueterẽ eccl̃iam reuolutus eẽm, uos poteratis defectõis & inconſtantiæ crimẽ impingere, alĩ uocarent reſipiſcentiam. Si ueſtrã doctrinã cõprobaſſet orbis Chriſtianus, uel pertinax uel impius uideri poſſem, qui ſolus nõ accederẽ. Si uos inter uos conſentiretis in dogmatibus, faſtidiũ obĵcere poteras, q nollem auſcultare qđ tanto conſenſu doceret homines eruditi. Nunc quum eccl̃iæ Catholicę ſemp adhæſerim, a ueſtro cõſortio ſemp abſtinuerim, quum uŕa doctrina dãnata ſit p eccleſiæ principes & orbis monarchas, ne qđ dicam de cenſuris Academiarz, quũ uos ſic inter uos digladiemini, et nemo interim ſibi nõ uindicet ſpm̃ Chr̃i, ſacrarũq; literarz certiſſimã cognitionẽ, quõ tibi adhuc inter Scyllã & Charybdim nauigo, & indignaris qđ homo ſenex & rei Theologicæ rudis malim ſeq cõſentientẽ autoritatẽ eccl̃iæ, q̃ uos ſic diſſentientes ab eccleſia, ut nihilo ſecius inter uos diſſentiatis? Hæc pluribus inculcare uiſum eſt, qđ te nõ pudeat toties occinere nobis Scyllã & Charybdim, & animũ ancipitẽ in medio fluctuantẽ. Ego Luthere tm̃ habeo fidei diuinis literis, & eccl̃iæ decretis, ut etiam abſq; uŕæ fidei p̃ſidio ſperẽ mihi ſalutẽ a miſericordia dñi. Quare noli poſthac tibi uindicare qđ eſt dei, noli ꝓnunciare de ſpũ homĩs, ſed tuũ ipſius ſpm̃ excute, ne forte aliũ habeas ſeſſorẽ q̃ prædicas. Ego quũ ex alioꝝ autoritate poſſem, de tuo ſpiritu non auſus ſum pronunciare, tantum diximi hi ſuſpectum eſſe, & optaui ut mea me ſuſpiciofal

leret, quod idem & hodie opto. Hoc de te ſuſpica
tus ſum iam inde ab initio, quum tu fabulam hãc
magno orbis applauſu ſaltare inſtituiſſes. Hũc ani
mũ conſtanter prę me tuli, multo anteq̃ in me ſtrin
geres calami tui cuſpidẽ, idq; factum gaudeo, ne ſi
quid nunc de tuo animo iudicarẽ, cauſari poſſes,
non eſſe iudicij, ſed doloris & odij. Promittis alicui
te effecturũ ut me pudeat æditæ ſpongiæ. Ego cõ
tra non auſim polliceri me effecturũ, ut ullius rei te
pudeat, ea ẽ animi tui præſentia, attamen efficiã,
ut omnes intelligant, quantus ſis artifex, detor
quẽdi, deprauandi, calumniandi, exaggerandi q̃d
libet, quanq̃ iſtuc iam pridẽ agnoſcit mundus. Sũt
q libris æditis ingerant tibi tuã incõſtantiam, & ua
fre diſſimulas, mihi occinis, aiunt aio, negãt nego,
& hic aſſero quæ nego, nego quæ aſſero, quum tu
tantus Protei capiendi artifex, adhuc ne unum q̃
dem locum proferre potueris, in quo mihi non co
ſtem, niſi forte aiunt aio, & negant nego, putes in
eos competere, qui aiunt quod affirmat eccleſia, &
negant quod reiicit eccleſia, ut iam dictum hoc ita
uerſum uideat in te torquendũ, aiunt nego, negãt
aio, adeo lubens diſſentis ab oĩbus quæ recepit ec
cleſia, nec aſſero quæ nego, negans quæ aſſero, ſed
ea tibi uafrices eſt, ut recte dicta depraues quoties
eſt commodũ, ut quod album eſt uertas in nigrũ,
quod lucidũ uertas in tenebras. Pertinet & hoc ad
artem, quod ſubinde mones, ut metuã ſpm̃ Chri,
deum non irrideri. Ita ne periculũ eſt ne offendam
ſpiritum dei, ſi metuam diſſentire ab eccſia Chriſti.
Immo hoc eſt, quur non audeo me uobis credere,
quod

quod metuam offendere ſpm̃ dei. Et poſtea nobis excuſas tuã iſtã admirabilẽ infantiã, quũ ad maledicendũ & calumniandũ ſuppeditet tibi tãta copia ſermonis amari, ut q̃is ociosum & patientẽ delaſſare q̃as, rurſus tm̃ adſit artis, ut nihil tã circũſpecte dici poſſit, quin tu uertas in atrocem tragediã.

Primũ quod dixeram obiter in præfatõe, ſatius eſſe ſi de difficultatibus quæ incidunt circa materiã liberi arbitrij̃ non diſputet̃ ab idiotis, aut apud idiotas, id quod nunc fit libris in linguã uulgatam uerſis, adeo ut paſſim a militibus audiamus. Quid refert? nõ eſt liberæ arbitriũ, deus oĩa operat̃ in nobis & bona & mala. Sinamus illum operari, ſcit q̃d agat, & eius uolũtati nemo reſiſtit, ſic interp̃taris, q̃ſi nolim quenq̃ uſquã loq̃ de libero arbitrio. Simili arte quũ ego multas quæſtiones recẽſeam, tu unæ aut alteri urges, quũ a ſobrijs q̃ſtionibus pueniat̃ ad curioſas, & poſtq̃ oĩa detorſiſti, tum præſto ſunt illa tragica, curioſum, uanum, ſupuacaneũ, irreligioſum, quo lectori talẽ offundẽs ob oculos puluerẽ, exocules. Prodeo in mediũ dirempturus uos, p̃fatus de his rebus nõ eẽ diſputandũ & rẽ eẽ ſupra captũ humani ingenij̃, & interim facio q̃d improbo. Primũ nõ dirimo uãm litẽ, q̃ me diſputatorẽ tm̃ profiteor. Ea teſtificatio erga te ciuilitas erat, erga catholicã eccl̃iam dep̃catio malitioſi erroris, deinde nõ tecũ luctat̃ eccl̃ia, imo aduerſus tuũ dogma q̃d iam olim p̃ſtratum eſt ab eccl̃ia, ea diſputo, ſed ſobrie, ſed coactus. Si rem tam arduam mea ſponte ſuſcepiſſem, poteras impingere crimen temeritatis, nunc quum detrectans, & nihil non ex-

cusans ſuſceperim, temeritas obiici nō pōt, ſed obe
dientia laudari debet. Poſtremo nō diſputo q̄ te ſu
perē, ſciebam em̄ me nihil ꝓfecturū, ſed ut oībus te
ſtatiſſimū facerē, me nō ſentire tecū, & tuorū q̄buſ
dā fucū detraherē, q̄ p̄dicabāt & plerīſq; ꝑſuaſerāt,
me tecū ſentire. Quā ſuſpicionē, ut capitalē ita fal
ſiſſimā, tu q̄q; fouere conaris tāetſi fruſtra, ni pla
ne, plapide habes Eraſmū. Rurſus iꝑe mihi cōtradi
co, q̄ in eadē formula iubeā anniti totis uiribus,
& aſſerā nr̄os conatus eē inefficaces ſine dei miſeri
cordia. Si arguis, Qui niſus & uiriū meminit, ſentit
aliq̄d agere uolūtatē nr̄am, q̄ fatet̄ inefficacē eē ſi
ne dei miſericordia, docet eā nihil aliū q̄ pati. O in
cōſtātiā. Quid ego audio? q̄cūq; ꝓfeſſi ſunt homi
uires nō ſufficere ad parādā ſalutē abſq; dei miſeri
cordia, fatent̄ uolūtatē nr̄am nihil agere, ſed tm̄ pa
ti? Atq; iſtud nemo neq; uetet̄ neq; recētiū Orthe
doxorū negat, q̄ tm̄ docēt nr̄am uolūtatē aliq̄d age
re ſil' cū agēte gr̄a. An abſurdū uidet̄, eandē uolū
tatem iuxta diuerſam rōnem ſil' & agere & pati?
Quin iſtā incōſtantiā impingis diuinis lr̄is, ubi to
ties legis miſericordiā dei cui debemus oīa, rurſum
toties illa, inſta, uigila, labora, legis apud Paulum,
plus oībus laboraui, & rurſus, certa bonū certamē,
& curſum cōſummaui. At apud eundē legis, gr̄a
dei ſum id q̄d ſum, q̄n huic ipingis incōſtantiā, quā
mihi ipingis e duabus uocibus, nitēdi & miſericor
diæ? Sed nō definio quō illud agere & pati ſit intel
ligendū. Hoc ſcilicet explicādū erat in formula, q̄u
nō ſatis fuerit in diſputatiōe ubi oportebat id eſſe
factū. Poſtremo an Chr̄ianus ſit impius futurus, ſi

tantum

tantũ didicerit, qcquid in nobis est boni, id totũ diuinæ benignitati ascribendũ, nisi pollice metiatur etiã, quantũ debeat̃ illius misericordiæ, quantũ nostris uiribus? Sed hãc quæstionẽ paulopost, magnifica pollicitus tractas. Illic igit̃ audies q̃ nõ respondeat tua probatio pollicitis.

13 Hisce rebus tam fęliciter gestis adornas triũphũ, & ani gr̃a expatiaris in locũ rhetoricũ ut cũ rhetore par̃ rhetoriceris, sic em̃ loqueris uere par̃ rhetorice. Ac mire urges me similitudinibus scribẽdi poematis, agricolãdi, belligerãdi, & turris ędificãdæ, ex rhetorica Quintiliani, ex poetica Horatij, & hic si superis placet citant̃ Vergilij georgica & Sallustij snia, quasi quicq̃ simile inter agricolam humana industria colentẽ agrũ, & deum operantẽ in nobis. Nam qd̃ adducis ex Euangelio de turri, aut frustra huc adducis, aut cõtra te facit. Quid supputabit ille, q nihil habet quod impendat.

16 Eadẽ fęlicitate post adducis similitudinẽ exẽdia arte rhetorices, de oratore & præceptis. Deum immortalẽ, nõ puduit tuũ logodædalũ huius modi nugas infulcire disputationi, in qua tu ꝓfiteris esse cardinẽ totius doctrinæ Christianæ? An q sic doceat simplicẽ Chr̃ianũ, ne te torqueas quæstionibus q̃ superẽt ingenij tui modulũ, sed iuxta dei p̃cepta cõnitere ut fugias qd̃ uetitũ est, & p̃stes qd̃ p̃ceptũ est, at ita ut ne qd tuis fidas uiribus, neu q̃d ex benefactis tibi arroges, sed totũ ascribas benignitati diuinæ, cui debes nõ solũ qd̃ recte facis, uerumetiã hoc ip̃m qd̃ naturæ uiribus potes aut es, docet socordiã, & dicit oraturo, ne labores, de p̃ce-

ptis,tm̃ scribito? Tam insulsis iocis mecum agis q̃ uindicas tibi cũ Paulo scĩam,mihi uix sensum re/ linquens cõmunẽ. Paulo minus inepte contulisses tua similia,si Chr̃ianum comparasses agricolæ,co lendi rationem dei pr̃ceptis,cœli fauorem gratiæ diuinæ. Huic opinor,non absurde quis diceret. Tu gnauiter labora iuxta præcepta agricolatõis,ue/ hoc scito,te frustra facturũ oĩa,nisi cœlum fauerit. Nam illud fructificat potius q̃ ager. Sed cœli fa/ uor tibi in manu non est,nec semper scis quomõ fa ueat. Nam fauet aliquando, quum credas inimi/ cum. Similia sunt quę præscribo simplici Christia/ no. Itidem sentiendum de eo qui dicturus sit de re Christiana. Exerce te in literis sacris,meditare quid sis dicturus,sed inuocato illius spiritu,sine cuius au xilio sterilis est hominis sermo. Nec est tuũ illi præ/ scribere,quomodo sit moderaturus organum lin/ guæ tuæ. Scit ille quid expediat. Hic tu dicturũ uo les lancibus expendere,hoc ego præstabo,tm̃ de/ us,sic ego dicã,sed deus sic afficiet animos hoim. Opinor et martyrẽ iam apparatis cruciatibus & mortibus,iubebis expẽdere qd ipse possit suis uiri bus,& qd misericordia dei,simulq; cogitare,quo/ modo patiatur aut agat liberũ arbitrium,quomõ operet misericordia dei. Quanto Christianius mo nueris illum,ut suis uiribus diffisus, totum se tra/ dat misericordiæ dei, ipse tantum ne se subducat gratiæ,respiciẽs carnis pr̃sidia. Sed ualeant stulti/ simæ logodædali tui collationes Qui docet dei mi sericordiam in nobis operari prĩcipium incremẽ tum, & consummationem, sed simul cum illa cona

ri no

ri nostrã uoluntatẽ,pie docet,qui uocat in dubium an sola gratia operetur,uoluntas nihil aliud q̃ patiatur,non pie disputat. Quot autem censes fuisse pios homines,qui nunquam uestigarunt quomodo Deus necessario præsciat,ea quæ pendent a libero arbitrio,& an ipse deus,quando uoluntatem habet immutabilem,necessitate faciat oĩa, quemadmodum nos omĩa necessitate quadam facimus q̃d illius oĩpotẽti uolũtati nemo possit resistere, & q̃re traxerit Petrũcũ Iudã nõ traxerit,aliaq; huius generis innumera,neq; em̃ tantum loquor de hac quæstione,an gratia totum peragat in nobis,& uoluntas nihil agat,sed de omnibus quæ scholæ philosophicæ huc inuehunt. Nec,quod mihi sæpe repetendum est aduersus tuam importunitatem, loquor de sobrijs eruditorũ inquisitionibus,sed de rixosis contentionibus apud populum.

¶ Hæc quum sic habeant, expẽdito q̃ non in loco dicunt̃ illa. Qui hoc non sentit,fateat̃ se non cẽ Christianum,qui uero reprehendit uel contemnit, sciat se eẽ summũ Christianorũ hostẽ. Nam si ignorauero,quid,quatenus,& quantũ ego possim & faciam erga deũ,pariter incertũ & ignotũ mihi erit, quid,quatenus,& quantũ deus in me potest &faciat,quum deus operetur omnia in omnibus. Ignoratis uero operibus & potentia dei, deum ipsum ignoro. Ignorato deo deum colere & gratias agere,seruire Deo non possum,dum nescio quantum mihi tribuere,quantum deo debeo. Hic ẽ tuus syllogismus scalaris,in q̃ quũ nobis egregie sophistã agas,tibi tamẽ mirus uideris theologus. Nõ est ne

ceſſe ut Chriſtianus ad trutinã expendat, qd ipſe poſſit, qd deus, & quantũ ipſe faciat, quantũ deus, mõ ſciat, quicqd boni facit id diuinæ benignitati acceptũ ferri oportere. Nec potẽtia ſcitur, ſed creditur, nec protinus deũ ignorat q per imbecillitatẽ humani ingenij non aſſequit, qũo operet oĩa in oĩbus Quẽadmodũ non aſſequimur ingenio qũo cõdiderit mundũ, & tñ conditũ ab illo credimus. Et multi pij credũt Chriſtũ fuiſſe deũ & hominẽ, q tñ neſciunt, qũo & quatenus qbuſcq modis adglutinarit ſibi natura diuina humanã, nec reſpondere poſſint, an eo tpe quo corpus exanime iacebat in ſepulchro, Chrs potuerit dici hõ. Nec male gratias agit deo, q ſibi nihil tribuẽs, ſummã boni operis, illius grã fert acceptã, etiãſi non dimetiat pollice, quantũ debeat ſibi tribuere, quantũ deo. Egit Auguſtinus grãs deo, coluitcq deũ, & tñ aliq̃ ignorauit, illud tuũ, qd, quantũ & quatenus. Coluit, egitcq grãs diuus Bernardus, q tñ hæret in his q̃ſtionibus. Egit Thomas (opinor) & Scotꝰ, q inter ſeſe diſſentiunt. Agunt & hodie plurimi gratias deo, q cõtenti patrũ definitione, nõ expẽdunt ad trutinã, qd, quatenus & quãtũ. An Chriſtianus nõ eſt, nec deũ colit, nec illi ſeruire poteſt, aut agere grãs, qui quũ toto pectore credat articulũ de carnis reſurrectione, tñ nõ diſputat, nec aſſequitur illa tã multa, q̃ theologi circa hãc materiam diſputant? An totũ deũ neſcit, q certa fiducia ſperans uitã æternã, nõ excutit innumeras difficultates, q̃ de uidendo deũ facie ad faciẽ ſicuti eſt tractant a theologis? Ipſa uirgo ſacratiſſima non

aliud

quæsiuit ab angelo,q̄ q̄o sine uiri cōtractu esset paritura,simul atq; audiuit,Spūs sanctus supue⸗niet,& uirtus altissimi obumbrabit tibi,nihil ul⸗tra sciscitata,ancillā professa est cœlestis opificij, & fieri p̄t,ut uel ignorarit,uel nō inquisierit mul⸗ta,q̄ theologi disputant,de orationibus,q̄bus in corpusculo uirginis illud opificiū spūs fuerit pa⸗ctū Intelligis quot exēpla queā hic cōgerere,in q̄ bus ridiculus & impius erit tuus scalaris. Quot sunt Christianoꝝ milia,q̄ deū syncere diligūt co⸗lūtq;,quos tñ si interroges,q̄d sit gr̄a,utrū creatū quiddā,an increatū,& an sit eadē gratia qua nos attrahit deus,& qua nos illū redamamus,respon suri sint.Deus nouit. An pronūciabis de talibus in uniuersum q̄d deū nesciant,ignari q̄d, quantū & quatenus in ipsis operet? Nā huc p̄ducent il⸗los tui gradus. Et impius erit indignusq; Christia ni noīe,q̄ cōtētus tenere q̄d traditū est, uerū Chr̄i corpus & sanguinē esse in Eucharistia,nisi q̄sierit, & assequat,qūo corpus solidū sit absq; dimensio nibus,qūo corpus hoīs sit absq; distinctione mem broꝝ,hoc est,ut nō alibi sit pes, alibi caput, alibi pectus,sed ubiq; totū sit, itē qūo solidum corpus possit in cœlo sedere ad dextrā patris, & idē tot locis in terra comedi ab hoībus.Equidē arbitror, nec tu(ni fallor) inficiaberis,milies centū milia re gnatura cū Chr̄o,q̄ dū uiuerent, nunq̄ exquisie⸗runt,an in oībus tantū patiat uolūtas hoīs,an si⸗mul & agat aliq̄d,& si q̄d agat, qūo unius operis possint esse plures causæ, & utra causa sit princi⸗palis,utra secūdaria,deus an uolūtas hoīs, deīde

qūo utraq; possit esse principalis & secundaria, si distinguas esse substantiæ, & esse meritoriū. Nam hæc aliaq; multa uis apud oēs excuti, ni fiat, neg; ligi Christianismū & articulos ecclīæ. Hęc si a me dicta fuissent, exclamasses impiū sophistā, nūc qm uisa sunt facere ad calumniā, uis erudite pariter ac pie dicta uideri. Nec minus olet sophistā alteril le scalaris, q pcessit. Nescient em qd faciant, dū ig norant qd & q̄tū possint. Ignorātes aūt qd faciāt pœnitere si errent, nō possunt. Impœnitētia autē peccatū irremissibile est. Istiusmodi gradibus nō ascendit ad ueritatē, sed descendit ad insaniā. An ille nescit qd possit, q doctus est se nihil posse abs q; grā dei, p illā nihil nō posse. Sed finge eē simpli cē Christianū q nesciat expēdere ad lancē, q̄ta sit uis liberi arb. q̄ta uis agētis grāe, nū ille peccās ad uersus pcepta dei, nescit qd faciat, nec poterit un q; pœnitere? Hæc plusq; sophistica obtrudis nobis simplicibus, dū ostētas orbi rantā rei diuinæ scien tiā, quātā haud scio an quisq; apl'or; sit unq; pro fessus. Certe post apl'os nemo sibi uindicauit, ni hil eē in libris arcanis, qđ ipsi nō eēt dilucidū. Rur sus inculcas me idē asserere, qđ tu asseris, q in for mula doceā totū bonū nostrū deo ascribendū esse nā ex eo cōsequi, dei misericordiā solā oia agere & uolūtatē nostrā nihil agere, sed potius pati, ali oqui nō totū deo tribueret. Non tu desines hisce tā cōfessæ tāq; pudēdæ uanitatis asseuerationib⁹ miser; lectorē obtūdere, quū in diatriba mea, tam explanate tāq; dilucide docuerim, hūc sermonē nō pugnare secū, si qs summā opis boni tribuat

gratiæ

gr̃æ diuinæ, & tñ asserat hoĩs uolũtatem pro sua portiũcula aliq̃d agere. Porro quũ iã dudũ sic ineptias, ut me q̃q̃ tui puduerit, tñ adiecto epiphonemate, tibi ipsi plausum das, idẽ & actor & applausor. Sed sic (inq̃s) loqui cogitur mens sibi ipsi nõ cõstans, in rebus pietatis incerta, & imperita. Quid supest, nisi ut tibi dei nomẽ usurpes, postea q̃ tã asseuerãter pronũcias de mẽte aliena? Toties inculcas incõstantiã, quũ nondũ potueris uel unũ locũ euincere, in quo mihi nõ constẽ, & si id fecisses, nihil aliud probasses, q̃ hoc usu uenisse Erasmo, q̃d accidit Augustino & Hieronymo. Nã nusq̃ errare, nihil nescire, nullius dicti pœnitere, tibi Stoico, & gnostico peculiare est. Sed age dic q̃ tibi cõstas, q̃ quũ mihi tribuas summã imperitiã ueri, tñ impingis peccatũ irremissibile. At nemo per imperitiã labẽs tenet̃ isto crimine, nã & Paulus blasphemus fuit aduersus euãgeliũ, sed q̃m ignorãs fecit, misericordiã cõsequutus est. Ab hoc igit̃ crimine me mea liberat impitia, sed tibi metuendũ est, q̃ nihil nescis, ne in hoc crimen incurras, dũ fortiter rescindis eccl'iæ placita, nihilq̃ nõ asseris. Rursus q̃ cõuenit, ut quũ nihil sciã, tñ tecũ sentiẽs in grãm principũ diuersa defendã? Vis me uideri pessimũ, q̃ sciẽs ueꝝ impugnẽ metu principum at eundẽ uis uideri ueri ignorãtissimũ. Sic tu uir cõstantissime ignẽ aquæ misces, & impotẽti om̃ia calũniandi libidine, dũ nũc huic, nũc illi cupiditati obseq̃ris, pugnãtia loq̃ris. Quoties excusas aĩm meũ, quoties eundẽ accusas? Nunc laudatur animus bonus & pacis amans, mox cõtra cõscientiã

ſcribo in grām tyrannoꝝ, & Lucianū Epicurūq; gero in pectore. Quā uero quadrāt iſta cū ſpiritu Chri quē tibi reclamāte mūdo uindicas?

16 His feliciter abſolutis, accedis ad alterum exēpli gratia propoſitū, an deus aliqd p̄ſciat contingenter, aliaq; q̄ huic adhærent q̄ſtioni. Et hæc Lutherus uult diſcuti a q̄buſlibet Chriſtianis, & apud promiſcuā multitudinē tractari. Et rurſus hic inculcas uoces atroces, irreligioſum, curioſum & uanū. At mea uerba ſic habēt, libens p̄ſuaſerim mediocribus ingenijs, in huius generis q̄ſtionib⁹ nō adeo p̄tinaciter cōtendere. Doctis felicibus & exercitatis ingenijs nō diſſuadeo ſobriā ac religioſam inquiſitionē, nec ultra tm̄ q̄ ſat eſt. Hæccine tibi uident uſq; adeo nō ferenda? At quoties Hilarius diſputaturus de myſterijs ſacræ triadis, deprecatur crimē irreligioſitatis, qđ res ſupra uires humanæ mentis audeat humanis uerbis attrectare? Nec diſſimilia p̄fatur Auguſtinus, in libros eiuſdē tituli. Iā mihi cōfer, quas argutias ex philoſophis in hāc q̄ſtionem cōuehūt, q̄bus placet Scoti ſubtilitas, & aſſeuera de ijſdē rebus ſic eſſe diſputādū apud promiſcuā multitudinē, quēad modū illi diſputant. Atq; hic rurſus ex tua rhetorica, cuius inſcitiā p̄texis, quo magis deſpicabilē reddas meā Diatribā, hyperbolen & epitaſin uenaris ex collatione ſophiſtarū, de q̄bus quū peſſime ſentias id qđ tui libri declarant, tm̄ eos propemodū incipis p̄dicare in odiū mei, adeo ut q̄ tua uafricies eſt credā futurū, ut quēad modū nō iniuſto quidē illo ſed immodice ſæuo libello in ruſticos utcūq; pla-

Gallū

casti principũ indignationẽ, ita debacchando in me recolligas recõciliesq; tibi theologoꝝ animos quos interim tñ non alio noĩe dignaris, q̃ sophistarũ. Immo iã agnoscere mihi uideor tela quædã, q̃ ex Lei, Latomi Stunicæq; libris deprõpta in me torseris. Sophistæ inqs sane melius hic dialecticantur, qñ rhetoricari nesciũt, q liberꝝ arb. aggressi definiunt oẽs q̃stiones eius. An sit, qd sit, qd faciat, qũo habeat, &c. Aequũ Luthere postulas, ut in libello, quẽ aduersus animi sniam suscepi, & in quo uix totos octo dies collocaui, q quidẽ sumptꝰ mihi uisus est immodicus, quẽq; in hoc, ut dixi, potissimũ scripserã, ut ostenderẽ me nõ idẽ sentire qđ tu, quicqd est q̃stionũ apud sophistas, de p̃destinatione, de uolũtate, de p̃scientia dei, de bono opere de meritis humanis in unã disputationẽ cõuerrerẽ. Id si conatus fuissem, qũo cõspuisses sophisticãtẽ Erasmũ? Sed qd egissem illis sophistaꝝ argutijs etiãsi maxime callerẽ, quas tu pili nõ facis? Et tamen qđ me scribis nihil aliud agere in Diatriba, q̃ an sit liberꝝ arb. similis uerecũdiæ est, qua ut partim ostendi, sed post euidentius ostensurus sum, multa alia nõ ex re, sed ex causæ tuæ cõmodo in me iacularis. Relege meã Diatribã, & p̃fricta frõte aude negare, qđ illic definiã liberꝝ ar. qđ distinctis gratiaꝝ generibus, digestis uarijs opinionibꝰ ostendã cũ qbus opinionibus mihi potissimũ congredi fuerit propositũ deinde quousq; uelim hãc tractare materiã, postremo qđ illic declarẽ, in qua animi parte potissimũ sit liberꝝ arb. & quid possit ante grãm & qd agat cũ agẽte in nobis gratia. &

qũo

qũo se habeat erga deũ, & laudẽ boni operis, alia-
q; ꝑmulta. I nunc & iacta me nihil aliud attulisse
ad disputationẽ, nisi tantũ hoc, an sit liberꝝ arbitri
um. Immo notari merebar potius, q transiliens se
pta propositę disputationis excurro usq; ad Adã
nondũ lapsum, & ipsum deũ attingens, nõ nihil de
necessaria illius & uolũtate & actione. Quanquã
hoc loco, aut ego fallor, aut tu tibi parũ constas.
Sic igitur dicis, urgebo igitur hoc libello te, & so
phistas omnes, donec liberi arbitrij uires & opera
mihi definiatis. At paulo ante dicebas, omnes de
libero arbitrio quæstiones a sophistis fuisse defi-
nitas. Quid exigis ab illis quod fateris ab illis ab-
unde factum? Quur me negas fecisse, quod ipsa
Diatriba clamitat me fecisse copiosius q̃ tu præ-
scribis? Et hic incandescit spiritus tuus, teq; polli-
ceris adacturum me ad pœnitentiam æditæ Dia-
tribes Isthuc Luthere præstandum erat, nõ toties
iactãdũ, ne fiat qđ aiunt Græci πρὸ τῆς νίκης ἐγκώ-
μιον. Nam hac tota priore libri tui parte quæso,
quid aliud q̃ triumphas, insultas uicto, ostẽtas tro-
phæa, canis pæana, quum nondum ad aciem no-
stram perueneris. Moxq; post hanc egregiam pol
licitationem, uelut aggressurus rem, doces nos
dei pręscientiam deiq; uoluntatem non minus in-
commutabilem esse, q̃ sit ipse deus, nec ullo impru
dente aut nolente quicquam omnino rerum acci
dere, neq; enim præscientiam illius falli posse, nec
uoluntatem impediri, quemadmodum fit in no
bis, nec opere perfecto desinere illius uoluntatẽ,
quemadmodum homini posteaquam extructa
est do

est domus, uoluntas struendi desiit, quū opus ma
neat. Sunt ista retrusa mysteria quæ nos doces?
Quis ista qui uel sex paginas legerit in theologia
nescit, aut quis tam insanus qui neget? Sed inte-
rim non distinguis uoluntatē signi & uoluntatē
efficacem, quarum hæc prorsus immutabilis est,
altera quodammodo mutabilis, quum sæpe non
fiat quod ille iubet fieri, & fiat, quod ille uetuit.
Nec distinguis uelle dei, collatum ad res externas
ad uoluntatem dei naturalem, siue collatum ad
actiones internas. Item dei uoluntatem absolutā
& conditionalem. Denicq; non distinguis uolunta-
tem a uelle Deus qui uoluit condere mundum an
nondū desiit uelle condere mundum? Voluit fili-
um suum assumere corpus hominis, an nondum
desiit uelle? Quam uero scite nobis definis quid
sit contingens, qđ (inquis) nobis cōtingenter & ue
lut casu imprudēribusq; nobis fit. Hic primū dis-
co rē abstrusam, cōtingēs esse qđ cōtingēter fit, q̄
si dicas artificiosum opus, qđ arte fit. Deinde qđ
est ueluti casus? Est aliqđ qđ nō sit casus, sed ueluti
casus? deinde addis imprudēribus nobis. Atqui
hæc uox lōge aliud declarat Aristoteli, q̄ distinx-
uit cōtingēs, fortunā & casum, Cōtingens em̄ op
ponit necessario, fortunā tribuit rebus animatis,
casum inanimatis. Cōtingēter igit̄ facimus nō tm̄
qđ casu, & iprudēres facimus, uer& illud q̄q; qđ sci
entes ac uolentes facimus, sed qđ in nostro arbi-
trio erat non facere. Quēadmodū hæc scribo, nec
imprudens, nec necessario, sed uolūtatis arbitrio,
quæ potuerit non scribere, si sic uisum fuisset.

Quid

Quid igit̃ hic nos doces, nisi ꝙ affectas sophisticã argutiã, sed paꝝ feliciter.

19 Sophistæ in hoc quoꝙ torquent̃, an deus quũ p̃sciat res natura cõtingentes, hoc est, q̃ pendent ab hoĩs arbitrio, ueluti quũ sedet, cui in prõptu est stare, si uelit, q̃runt an deus aliquo mõ prę sciat cõtingenter, nõ qđ illius p̃scientia falli possit sed qđ obiectũ p̃scientiæ sit cõtingens. Demiror aũt q̃re locũ e media Diatriba decerptũ hic putaris nõ suo loco tractãdũ, de nec̃itate cõsequẽtis & cõseq̃ntię, qđ tu ꝓfessus te uelle crassiꝰ explicare, sic ĩuoluis ꝑplexo sermõe, ut uideare nõ solũ nõ intellexisse, qđ ego scripsi, ueꝝ nec tuã ipsius orationẽ intelligere. Sed qm̃ urget temporis breuitas, nec hoc paucis uerbis posset absolui, p̃stat suo loco diligentius tractandum reseruari.

20 Ad reliqua properandũ, ut undequaꝙ ꝓbes te doctissimũ, quẽadmodum ante ex Horatio & Quintiliano docuisti me, tractandũ esse an sit, qd sit, quale sit, &c. Ita nunc ex poetis doces me, res oẽs mera necessitate geri, quã illi fatũ uocant. Id tantã habet uim, ut ipsos etiã immortales deos atꝙ adeo summũ Iouẽ inuoluat ineuitabili necessitate. Atꝙ nũc demũ poetæ sapientes uiri sint ipsis etiã philosophis ꝑspicaciores. Tantũ laudis merent̃ q tecũ sentiunt, hic Vergilius certissimus autor ueri subinde ingerit̃, q docuerit conatꝰ hominũ, fato Parcisꝙ uolentibus, frequenter alio cadere q̃ expectarant. Atqui nos hic de euentis non disputamus, sed an nostra uoluntas aliquid agat in his, q̃ sunt salutis æternæ. Credo tibi hoc caput

de in

de iuduſtria admixtū fuiſſe, quo ſtomachū lectoris iam dudū ad reliqua tam inſipida nauſeantē, aliq; uoluptate recreares. Verū quid hæc ad rumbū? Inſtitueras probare pium & ſanctū eſſe, de huiuſmodi quæſtionbus quæ nō habent exitū, & apud quoſlibet, & a qbuslibet, in utranq; partē diſputare, & iam omiſſo quod cœperas, aſſeris oīa mera neceſſitate geri. Id ſicōſtat ſi ueriſſimū ē q̄rſum attinet torqueri diſputationibus? Sin uerum & indubitatum eſt, quod decreuit eccleſia, non tutum eſt imperitā multitudinē audire rationes, aſſeuerationes, ac deieratiōes diuerſæ partis. Atqui hoc erat, quod ego ſuadebam, ut ſimplices ſententia catholica contenti, credant teneantq; quod acceperunt, hoc eſt, q̄d tu impugnandum ſuſcepiſti. Hoc argumētum q̄d inter eruditos ſobrie tractari poterat, tu cogis propalam in promiſcuo mortalium theatro, uelut anceps, uocare in diſquiſitionem. Solent concionatores in Italia fere ſingulis annis renouare quæſtionem de reſurrectione mortuorū, de qua ſobriam in ſcholis diſputationem nemo damnat, ſed ea res tantum attulit fructum ac pietatem, ut Romanus Pontifex uetuerit illa uentilari apud plębem. Sed deliabo reliqua.

Doces nos admodū religioſe, dei uoluntatē ēē omīpotentem, dei præſciētiā eſſe certiſſimam, quā de re qui dubitet, eum prorſus ignorare deum, nec certo poſſe fidere ꝓmiſſis illius q̄ falli poſſit ac mēti. Fateor iſta pie dici, necq; raro mihi dicta ſunt in meis lucubrationibus. Sed quid hæc ad me, q̄ moneo ne talia diſputentur, p̄ſertim apud ſimpliciores?

Quod si tu certum & indubitatū esse credis, Deum necessario scire omnia, nihil autē contingēter, siquidem auscultemus tuis ratiōibus, oportebit omino disputare, ne putemus Deū esse insciū aut mēdacē. Quēadmodum enim de libero arbitrio disputandum putas, quod impius sit q nesciat nostram uolutatē tantū pati, gratiam solam agere, eadem ratio suadebit ut hoc quoq; uocetur in disputationē. Et tamen theologi qui disputant, an Deus aliquid præsciat contingēter, constanter asseuerant quæ tu asseueras, Dei præsciētiam falli non posse, Deū nō eē mēdacē, dei promissis certissime fidendū, nec putāt ob rē quæ contingēter fit, piclitari certitudinē p ciētiæ diuinæ, quod eleganter explicuit Laurentius Valla. Sed illi paulo rectius definiunt contingens, quam tu.

zz Hic perinde quasi dixeris aliquid proximo capite torques fulmen tuæ maledicētiæ in me, qui doceam ignorantiam dei, contēnendam fidē, ut promissa dei deseramus, aliaq; multa, q̄ uix Epicurus præscriberet, nec his contentus, damno, conculco Christianos & Christianismum uniuersum. Quid me qui suadeam mediocribus ingenijs, ne de talibus argumentis contētiose disputēt, sed teneant id quod tradidit ecclesia. Et hinc concludis homo dialecticus, meum libellum adeo cē impium, blasphemum, ac sacrilegum, ut nusquam habeat similem. An te horum pudeat nescio, certe puderet, si quid haberes frontis.

zz Sed proximo capite mitigas atrocissima dicta, Talia, inquit, portēta cogunt effutire, q malam causam

causam susceperunt agẽdam, quicꝙ inuita conscię-
tia, alienæ scęnæ seruiũt. Quam tu malam causam
appellas, ego cum Ecclesia, puto optimã, eam licet
animo detractante susceperim, synceriſſima tamẽ
conscientia egi, siue fœliciter id feci, siue infęliciter
nec ullorꝝ principũ uł fauor, uł terror tantũ apud
me potuit aut poterit unq̃, ne tua qdem sæuitia, ut
in his quæ sunt pietatis scies oppugnẽ quod uerũ ẽ,
aut defendam, qđ sciam eẽ falsum. Proinde quo tu
sæpius inculcas me præter cõscìam, fauoribus aut
terroribus seruire toties declarasse, aut misere falli
aut malicioſiſſime fingere. Iam qđ admones quan
tum sit periculi docere pietatẽ, mihiꝙ precaris Dei
misericordiam, adeo nõ offendor, ut ne uidear in-
gratus, officiũ referam, te totidẽ uerbis admonens
tibiꝙ Dei misericordiam precans. Cæterꝝ qđ fa-
teris a me moueri, quæstiones aliquot uere sophi-
sticas ac supuacaneas, & tñ illos eẽ tolerabiliores. q
conspurcarũt aurꝝ, me q simul aurꝝ abĵcio cũ ster-
core. Vide quantũ abs te dissentiam. Arbitror em̃
tolerabiliꝰ peccare q disputãt de friuolis q̃stiõibus,
q̃ q disputatõibus suis ea reuocãt in cõtentionẽ, de
qbus iã olim ex Ecclię decreto dirẽpta ẽ altercatio,
dãnato eo qđ falsũ erat, & approbato qđ erat uerꝝ.
24 Eximis teipm e nũero causaꝙ sophistarꝝ, sed
frustra, quũ oẽs q tecũ decertãt, clamitẽt sibi rẽ esse
cum sophista uaferrimo, necꝙ tu sophisticam theo-
giã sustuliſti, sꝫ mutasti. Cõtra me, inqs, tibi dicẽdũ
erat, nisi maluisses chartas & tempus perdere,
quasi cum uno te illic congrediar, congredior
cum ĵs qui tecum, sed non eodem modo, tol-

lunt liberꝫ arbitrium. Et ſi in te proprie ſcripſſem, nõ erat fas quicq̃ admiſcere, quod ad te non ꝑtineret. Sunt illic quædam quæ ꝑtinent ad Carolſtadium, quædam quæ ad Melanchthonem quędam quæ ad Scotum. Et quodam in loco moneo lectorem, ne putet in te dicta, quẽ non noui, ſed in alios potius mihi notos. In hoc libro, quẽ proprie ac nominatim in me ſcribis, q̃ multa ſunt, quæ nihil ad me pertinent, id quod iam ex parte demonſtratum eſt, ac poſthac plenius demonſtrabitur.

Vnde hoc habes, quod in te ꝑprie ſcripſerim Diatribam? Nõ hoc promittit titulus, & aliud clamat ipm opus, ſed hoc tibi ꝑſuaſeras, aut fingebas potius, quo iuſtius uidereris in me debacchari Hicẽ quod in diſputatione ſemel atcꝫ iterum mecũ expoſtulas, quod falſo nomine te traducam, quaſi locum hunc. Extẽde manum tuam, ſic fueris interpretatus, id eſt, gratia extendet, & cætera. Atqui hęc Carolſtadius reſpondit Eccio, cuius uerba ſunt in prima reſponſiõe. Gratia enim agit manum, & extendit. Rurſus in tertia reſponſione. Satis enim dixi, quod gratia extẽdit manum conſilij noſtri ad bonum. Rurſus in eadem, Charitas omnia credit, omnia ſperat, &c̃. ſic interpretatur, gratia facit nos patiẽtes, credulos, & operatores. I nunc & quęrere te falſo traduci. Idem mihi ſatis procaciter impingit Franciſcus Lambertus, & impoſtorem appellat, in commẽtarijs quos ſcripſit in Oſeę, quaſi talia mẽdacia confingamus in fratres.

24 Scripſeram quędam eẽ uera, quę tñ aut nõ eẽnt inculcanda popularibus auribus, aut non quibuſlibet

buslibet uerbis essent efferēda Veluti quum q̄dam sophistæ sic nugant̄, deus est ubiq̧, hoc cōcesso, inferūt, ergo ē ibi, & nominant locum, quē ego præuerecundia nō ausus sum nominare, & pono antrū scarabęi, tu suspicaris de cloaca, quanq̄ hoc nihil ad rē. Hic mecum sentis, & fateris eē rectum quod moneo, de rebus diuinis, religiose sobrieq̧ loquēdum nec satis eē uera dicere, nisi dicas circūspecte, castisq̧ uerbis. Et tamē hic quoq̧ doceo Epicurꝝ, lapsus in sacræ scripturæ deiq̧ contēptum & iniuriā, blasphęmiam, ac sacrilegium. Nam hmōi blāditijs scatet undiq̧ tua chariras. Sed ad tuū dilemma. Si de his, inquis, quæ continētur in sacris lr̄is loqueris, ea oīa quoniā aperta sunt & salutaria, nusquam non debēt ī uulgari, sin de alijs, nihil ad nos. Non hic repetam, q̧ Iudæi quosdam libros sacros, in quibus est Genesis, non ꝑmittebant legi, nisi si quis trigesimū annum excessisset, sed agetur hoc alias. Nunc ad illud, nihil ad nos, audi. Si medicus dissuadens ęgroto, ne uescat̄ calidis ī febri, distīguat gn̄a febrium, indicans quid in unaquaq̧ fugiēdum, aut sequendū sit, num ægrotus dicet, q̄d ista ad me? Dic de mea febri. Nōne rn̄debit medicus, hæc ad te ꝑtinēt, ne putes tibi tutum eē uesci quibuslibet, quouis tēpore, quēadmodum tu Luthere doces, quicquid quæstionum e sacris lr̄is nascit̄, apud quosuis eē tractandū. Hoc ne fiat, distinguo gn̄a quæstionū Primū de ijs q̄ deꝰ uoluit nobis eē ignota, ueluti de die sup̄mo, nō est pium disputare. Deinde sunt quę uoluit nob̄ eē notissima ea iubeo etiā edisci Nōnlr̄a sunt, quæ fas est aliquousq̧ scrutari, sed non ultra

q̄ſ ſat eſt,qđ ſuperat intellectum humanum,ſeruetur illi tempori quum uidebimus Deum reuelata facieſicuti eſt,nunc per ſpeculum & in ænigmate. In hac claſſe pono quæſtiones de Libero arbitrio, & quæ huic adhærent,item de diſtinctione perſonarum, de diſcretione natiuitatis & proceſſionis. Poſtremo loco recenſeo quædam eē, quæ tameſi uera ſint,tamē non ſine periculo pietatis & concordiæ dicant̄ apđ quoſuis,ſed prudenter diſpenſanda ſunt. Et in his pono multa,quæ tu nunc lingua Germanica prodis idiotis,ueluti de libertate euangelica,quę ſuo loco,ſobriæq; prædicata,fructuō carent,ſic prædicata,quid fructus attulerint,uides. Eadem in claſſe ponerē tuum dogma de neceſſitate rer̄ omnium,etiam ſi ueriſſimū eſſet,nūc quum ſit falſum & impium, longe grauiore periclō uulgo iactat̄. I nunc,& dic hæc nihil ad te ptinere. Sed hac de re alias. Nunc hoc obiter indicaſſe ſufficit. Non igit̄ hominū culpam in rem confero, nec exconcionator̄ uitiꝭ ſcripturam damno, ſed eos reprehendo,qui ſcripturam ſecus tractant,q̄ oportet, inter quos te quoq; numero. Ver̄ hic rurſus opponis bicorne dilemma. Si recte diſputat̄ de libero arbitrio,quur damnas,ſin minus,quur profers tuā Diatribam? Reſpondeo qđ antea reſpondi,ut hiſce de rebus diſputaremus,tu nos coegiſti,qui quæſtionem hanc a ſcholis in compotationes ptraxiſti,& aliter diſputo,q̄ tu,nec diſputo dubitans,ſed aduerſus tuum dogma partem eam defendo,de qua dubitare pium nō eſt,tenere tuericq; ſanctū ac religioſum. Iam quū fatearis referre,qbus uerbis ſcriptu-

ræ ue

ræ ueritas tractet̃ apud ppl'm, ut interim largiar, ueꝝ eē qđ doces, tu ip̃e iudica, qd fructus adferant ad pietatē, q sic clamāt apud rudē plębeculā. Nullum est liberꝝ arbitriū, uolūtas nostra nihil agit, sed Deus operat̃ in nobis & bona & mala. Noui quosdam q ex Thoma cæterisq̧, atq̧ adeo ex Iuuenale depingebāt apud ꝓmiscuā multitudinē oīa libidinum gn̄a. Hi nō reprehendunt̃, qđ falsa doceant, sed uera sine fructu, quoniam intempestiue. Hoc certe ad tuos pertinet, neq̧ enim de te proprie scripsi. Ad eosdem ꝑtinet, qđ adijcio de tribus dijs, hoc ἀξίωμα, quum Petrus Aliacensis, assentientibus Theologis, putet in aliquo sensu uerum esse, tamē apud populum magno cum offendiculo dicetur, inter eruditos nihil habet offensæ, quibus cognitū est Dei uocabulum, non semꝑ sonare diuinam eēntiam, sed accipi nonnunq̃ pro persona, ut quū dicimus. Deus gignit Deū, & Iesum eē filium Dei. Nihil em̄ aliud intelligunt docti, q̃ esse tres personas, in quarum unamquamq̧ competat Dei uocabulum. Neq̧ prorsus negat Aliacensis posse dici tres om̄ipotētes, ac tres æternos, & si negaret, cōsequit̃ tamē ex his quæ cōcessit, posse dici tres Deos, licet nō simpliciter. Quēadmodū enim iuxta dialecticā non est absurdum dicere, tres sapiētes, una sapientia, tres bonos, eadem bonitate, tres om̄ipotentes, eadem omnipotentia, tres esse, sꝫ eadē eēntia, tres uolentes eadem uoluntate, ita non arbitror impiū dicere, tres deos eadem deitate. Non enim minus ad substantiam dei pertinet Deum esse, q̃ sapientem esse. Verum ut hæc non asserit Aliacensis, ita

nec ego asserо. In hoc tantū adduxi, ut docerē fieri posse, ut quædam sint uera, iuxta sensum aliquem, quæ tamen apud imperitos efferri nō expediat. Iā q̄ tenēt lr̄as hebraicas docent nos in Genesi. Deus fecit cœlū & terram, apud Hebræos esse uocē pluralis numeri, putantes hoc modo declarari, in tribus p̄sonis eandē naturā & operationē. Hæc extra causam inīcere uolui, q̄d tu, pnūcias simpliciter ē falsum ἀξίωμα & prorsus alienum a sacris lr̄is.

29 Nunc ad articulū de cōfessione & satisfactione, quā ego duntaxat exempli gr̄a, produxi, nec asserēs, nec refellens, q̄ de hac dispūtātur, uidelicet quum aliud agam. Et ne usquā nō sis maledicus in Erasmū, qui tuum dogma ciuilius tractauit, tenullo modo læsit, impingis, q̄d metuēs tyrannidē Pontificis nō ausim dānare cōfessionē. Non adeo metuo Pontificē, ut si mihi constaret esse damnādam confessionem, nō ausim inter eruditos proferre meam sn̄iam, & anxīs amicis hoc in aurem instillare, denicq; dare operam, ut citra grauem tumultum, autoritate principum tollatur. Nunc ipse seruo nec aliud doceo q̄ facio, non tantum ob id, quia præcepit Romanus Pontifex, sed multo magis quod recepit ppl̄s Chr̄anus. Vt em̄ non om̄es cōstitutōes approbo, ita procul absum ab illorū sententia, qui putant om̄es humanas cōst.tutiones aut consuetudines esse reīciēdas, succedturis alīs, fortasse durioribus his, de quibus uulgus nunc queritur. Quanq̄ uideo & inter ipsos q̄ confessionē asserūt, cordatiores, nō audere pronunciare an sit instituta a Christo an sumpta ex diuinis lr̄is, an ex generali Eccle-

sīæ cōn

liæ cõstitutione profecta. An hoc est p̃ summas a-
ristas ingredi, nõ pronunciare de his, de q̃bus nõ-
dũ clara uocc pronunciauit ecclesia? Nec hic ac-
cuso uel te, uel tuos, sed meũ ipsius animũ qualis
sit, profiteor. Quare uide Luthere, nisi te prorsus
exoc̃auit odiũ Erasmi q̃ sine cã tibi dicta sint illa tã
uirulẽta. Ita q̃, inqs, sepositis iterim deo & cõscia,
q̃d em̃ ad Erasmũ, q̃d ille ĩ his reb⁹ uelit, & q̃d huic
expediat, in laruã externã ruis, & uulgus accusas
&c. Hmõi cõuitia si fũderes aliq̃n ĩ re atroci, iã eui-
cta, posset appellari uehemẽtia, nũc cũ tu nusq̃ nõ
crepes ejusmõi, nec ullũ facias finẽ, quũ nihil sit di-
gnũ ullo cõuicio, nec, p̃baris q̃d assumis, nemo Lu-
there nõ p̃spicit istã tã ĩpotẽtẽ maledicẽtiã tuã ani-
mi tui morbũ eẽ, quẽ ego malo cõtẽnere, q̃ imitari

30. Post hæc aggrederis meã sniam, sane p̃q̃
festiuiter ridẽs, & irridẽs meã similitudinẽ, q̃ sche-
mate uideri uolo abũdare copiosus quidẽ orator
sed nihil intelligẽs eor̃ q̃ loquor. His cõuicẽs sic as-
sueui, ut propemodũ etiã delecter, nisi q̃d uerear,
ne animus iste tuus tã ferox, mundũ maximis in-
uoluat malis. Nã Erasmi leuissima sit iactura, mõ
regnet Euangeliũ. Snia hæc erat, ut sunt morbi q̃-
dã q̃ minore malo tolerant̃ q̃ tollunt̃, ita q̃dã irre
pserunt in populũ Christianũ, q̃ satius est ferre, q̃
dũ conaris submouere, malũ exasperes. Hic exem
plis tecũ nõ agã, q̃m̃ nec tutũ est, nec admodũ ad
causam p̃tinet. Tantũ illud ex te scire cupio. Fin-
ge in principibus multũ fuisse tyrannidis erga ru
sticos, q̃d mihi nõ cõstat, utrũ conducibilius erat
rusticis, ferre dños iniquiores, an hos experiri tu-

multus: in quibus tot milia perierunt, & adeo ca lamitas depulsa non est, ut iugū conduplicatū sit, asperiusq; redditū. Hæc uerba mea non tam accu sant tuos, q̄ me excusant, cui frequenter impingi tur, quod non acriter stringā calamū in uitia Pon tificū & Episcoporum. Et tamen hæc ad te quo q̄ pertinent, quandoquidē ad te rapis. Sit em̄ ista causa tanti momenti, quanti uis esse, tamen ipor tuna tua maledicentia nulli omnino mortalium parcens, facit ut nō solū nihil proficias, uerū etiā conduplices & exacerbes tyrannidē, quam extin ctam tendis, & eos prouchas, quos cupis oppres sos. Est aliqua ratio tollendi malū, quod inueter tū longe lateq; radices egit. Exaggera hic causam tuā quantum libet, quo melior est, hoc tu magis accusandus, qui tā malū agas medicū. Neq; cuiq̄ pugna est cum uerbo dei, quod toties intonas, sed cum tuis interpretatiōibus. Iam & illud uide, nū istis rationibus apostoli doctrinā euangelicā inue xerint in mundum, quibus tu restituis, sicut ais. Nuncubi calumniantur immerentes, num scurri libus dictis debacchant in quēlibet? Num quem suspendunt naso, nū strophis calumnijs ac mimis agunt Euangelij negociū? Num utūtur tanta lin guæ petulantia? Poterā hic alia multa cōmemo rare, quæ premo, tua prudētia fortasse diuinat qd sentiā. Si tu scis hos tumultus diuinitus ortos, ego nescio nec futurus sum illoꝝ, uel autor uel adiu tor, nō desino tñ orare Christū, ut undecūq; ortos & quomōcunq; progressos, omipotēs artifex uer at in gloriam suam, & in ecclesiæ salutem.

Vehe

36 Vehementer offendit te hæc mea sententia, licet uerum dicere, sed non expedit apud quoslibet, nec quouis tempore, nec quouis mõ. Et inepte cito Paulũ, Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediunt, quod Paulus illic nõ agat de p̃dicanda ueritate, quã uult apud quosuis, quouis tempore, quouis loco, quouis modo prędicari, sed deuitando scandalo infirmoꝝ. Esto, ut dicis, sed hæc sentẽtia latius patet suapte natura. Siquidẽ charitas quæ Paulo suadebat ut abstineret ab alioqui licitis, eadẽ suadebat, ut doctrinã Euangelicã ad utilitatẽ hominũ dispensaret. Iam illud mihi uide quãto minus ad rẽ faciant quæ tu refers, prædica uerbũ, insta, opportune, importune. Et, mõ uerbũ dei annũcietur, Rursus uerbũ dei nõ est alligatũ, &, Ite prædicate Euãgelium om̃i creaturæ. Nã in his uerbis opportune importune tropus est, q nõ indicat uerbũ esse p̃dicandũ ubi non oportet, sed instantiã euangelij prædicãdi cõmendat, quãq̃ adijcere debueras qd̃ illic additur, argue. obsecra cũ omni lenitate & doctrina, lenitatẽ em̃ in te requirũt etiã tui. Cæteꝝ scribẽs Philippeñ. non laudat eos q insyncere p̃dicabãt euãgeliũ, sꝫ gaudebat illoꝝ insyncerã operã, tñ cedere in euãgelij ꝓfectũ. Ad hęc Paulꝰ alligatꝰ, tñ gaudet ꝟbũ dei nõ eẽ alligatũ, sed ĩdies latiꝰ spargi. Obsecro te, an Paulꝰ docuit eadẽ apud oẽs q̃ tu doces? An quũ admoneo doctrinã eẽ tẽperãdã ad utilitatẽ auditoꝝ, alligo uerbũ dei? Nã hoc ĩpingis, & interim assumis, quicqd doces esse uerbũ dei, ut nihil iã supsit, nisi ut fias Chr̃s, denuo prædicans euangeliũ

Atqu

Atqui quēadmodū nobis nō cōstat quo spū duca
ris, ita nobis nōdū ꝑsuasum est quicqd doces esse
uerbū dei. Quid alij sapiāt nescio, ego certe profi
teor me esse de eoꝝ numero, q̄ mallēt mori decies
q̄ semel impedire cursum uerbi diuini. Neq; nos
de eo loquebamur, sed de q̄stionibus q̄ nūc orbē
cōcutiunt. Et tñ apostoli primū iussi sunt ꝑdicare
regnū dei, celantes Iesum esse Christū. Et Petrus
initio ꝑdicationis Iesum uirū appellat, tacēs de di
uina natura Nec aliud Paulus facit apud Athe
nieñ. Idē habet lac quo fouet imbecilles, habet so
lidū cibū quo uegetat fortes, & habet sapientiam
quā nō apud quoslibet, nec in propatulo, sed apd
ꝑfectos in occulto profert, quē locū tu nō recte ci
tas, sapiētiā in mysterio absconditā, quū sit apud
Græcos, loquit̄ in occulto sapientiā, q̄ est recōdita
Quin & ipsi apostoli iussu dñi excutiunt puluerē
pedū in eos q̄ reijciunt sermonē euangilicū, & in
Actis imponūt gentibus, ut abstineant ab Idolo
thytis, suffocato sanguine & scortatiōe, nec statim
docent legē prorsus abrogādā. Postremo sunt ru
dimēta philosophiæ Christianæ, q̄ tradunt̄ cate
chumenis, donec proficiant ad magis recondita.
Heb. 6. Quapropter intermittētes inchoationis
Chr̄i sermonē, ad ꝑfectiora feramur, &c. Ecclesia
uero ne hæc quidē solet temere cōmittere postu
lantibus initiari, nisi fideiussores spopōdissent ab
esse dolū malū, & mysteria uocant̄, id est, sacramē
ta. Nū ideo uocant̄ mysteria, id est arcana, qd apd
quoslibet essent euulganda? An tu putas Christi
anos olim arcanū eucharistiæ, uulgo prodidisse

Iudæis

Iudæis ac gentibus irrisuris? Quin ipse dñs, aliter
respondet Pharisæis malicioſe tentantibus, aliter
Sadducæis p imperitiã, ſtultã proponentibus q̃ſ
ſtionẽ, cuius etiã illa uox eſt, Nolite ſanctũ dare ca
nibus, & ne proĩciatis margaritas ueſtras añ por
cos. Idẽ p̃cipit apl̃is, ut ingreſſi uicũ aut oppidũ
explorent ſi qui digni ſint, mox ĩs annũcient euan
geliũ, ſin minus excuſſo puluere alio ſe cõferant.
Rurſus dñs q dixit p ecclesiaſten, Eſt tẽpus loquen
di, & eſt tempus tacẽdi, ad Herodis p̃contationes
prorſus obticuit, Pilato pauca rñdet, in monte cõ
pioſe docet diſcipulos arcana euãgelicæ philoſo
phiæ. Nec eodẽ mõ Paulus agit cũ Athenienſib⁹
quo cũ Hebræis, illis ordit euangeliũ a quibuſdã
apud ipſos notis ac receptis, Hebræos incredulos
legis Moſaicæ p̃ſidiis oppugnat. Apud Feſtum &
Agrippã quanta ciuilitate tẽperat ſermonẽ ſuum
hoc eſt, q̃ tui diſſimilis eſt. Idẽ aliqñ mutat uocem
ſuã, inſeruiens auditor̃ utilitati. Carolſtadii ſentẽ
tiã de ſynaxi recte impugnas, ſed ſingamus eã eẽ
uerã, nõne diceres nõ in tp̃e proditã, primũ hoc re
rũ ſtatu, quũ plus ſatis exulcerata ſunt oĩa, deinde
q̃a non tradidit doctis uentilandã, ſed germanica
lingua uulgo proſtituit, magno Chriſtianæ con
cordiæ detrimento. Ipſe in ſpectris tuis doces, q̃d
ſit inculcandũ morientibus, reprehẽdens eos qui
grauant illos intẽpeſtiuis ſermonibus, & nũc dicis
nihil referre, q̃d apud quos, quo tp̃e, quo mõ dica
tur. At reclamat tibi Sapiẽs Hebræus, muſicã in
luctu, narrationẽ eſſe intẽpeſtiuã. Paulus (inq̃s) co
rã toto mundo dixit, Deus quos uult indurat &c.

At Pau

At Paulus nusquã scribit,qđ tu mundo ingeris,li
berũ arbitriũ nihil esse,nisi nomen inane,necꝫ no
stros conatus quicq̃ ad rẽ facere,sed mera necessi
tate fieri oĩa.Deũ in nobis operari & bona & ma
la.Hæc sunt quæ nolebã euulgari.Hæc satis ar
guunt nc ipm quidẽ euangeliũ apud quosuis q̃uis
tꝫe,quouis loco,qũo libet esse prædicandũ,sed ex
audientiũ utilitate dispensandũ.Quãto minus id
fieri cõuenit in q̃stionibus q̃ trahunt̃ e sacris libris
quædã etiã ex humana philosophia,ueluti quum
disputamus de eucharistia,quõ corpus possit esse
sine dimẽsionibus,& qũo idẽ corpus sit in diuer
sis locis?Q; si cõtendis nihil omnino referre,qũo
prædicet̃ Euangeliũ,quin ipse simili sæuitia de
baccharis in Cæsarẽ,qua in põtificẽ & epõs,Cæ
sar em̃ magis obstat euangelio tuo,q̃ pontifex.
Hic nimirũ cogeris adferre Paulinũ illud,Oĩa mi
hi licẽt,sed nõ oĩa expediunt,& abs te dicet̃ apte
qđ a me inepte fuerat citatũ.Hæc quũ sint pse di
lucida,nimirũ euidẽs est,quãtũ tu uerborũ incaſ
sum fuderis,& q̃ nihil ad rẽ citaris sacræ scripturę
testimonia,& q̃ parũ tẽpestiue fumos illos tuos ꝓ
tuleris.Paulus dicit,uerbũ dei non est alligatũ,&
Erasmus alligabit?Et dñs dicit,Ite in uniuersum
mundũ,Erasmus dicit,Ite aliquo,aliquo nõ.Rur
sum,pdicate euangeliũ omni creaturæ,Erasmus
dicit,apud aliquos,apud aliquos nõ.Deniq; quas
si hæc tam insulsa nõ fuerint satis,addis nouã face
tiam,Græcas aliquot uoces occinens,prosopole
psias,tropolepsias,chreolepsias,his q̃n tua sunt,
miror te non etiam addidisse œnolepsias.Hæc em̃

tam

tam stulta,aut alius addidit tuo libro,aut nõ eras sobrius quũ scriberes. Mirũ uero q̃ in loco nobis hic adducis,deus p̃sonas nõ respicit,hoc est, deus ex omni gente,ex omniũ mortaliũ genere p̃ fidẽ admittit ad euãgeliũ grãm,ergo nihil refert q̃d a pud quos aut quõ disputes Nec his cõtentus adiicis epiphonema,uides(inquiẽs)iterũ q̃ temere irruis in uerbũ dei,quasi tuas cogitationes & consilia longissime illi p̃feras. Si hæc a febricitãte dicerẽt,q̃d dici poterat insani? Ego toto pectore ueneror uerbũ dei,sed nõ arbitror q̃q̃d assueueras eẽ uerbũ dei. Et si dei uerbũ nõ tractes meliore fide q̃ tractas nr̃a,p̃spicuũ est q̃tũ optcat tribuere tuo euãgelio. Ego si min⁹ erudite,saltẽ timide,cũq̃ reuerẽtia tracto sacras l̃ras, inhærẽs orthodoxorũ uestigiis,ac metuẽs ab ecclesiæ decretis recedere. Tu uiolẽtus irrũpis,ac submotis oĩbus, contendis hoc sentire scripturã,q̃d uis, q̃d q̃ tuis dogmatibus cõmodũ est. Breuiter sic rẽ geris,quasi tuam uelis eẽ uictoriã nõ euãgeliũ,& quasi sacræ scripturæ dominus esse postules non dispensator.

37 Efflagitas a me ut præscribã oportunitatẽ docẽdæ ueritatis. Impudẽter hoc flagitas ab Erasmo,q̃ nihil oĩno scit,nec nouit p̃sonas, tẽpora, modos,certe nescit corda hominũ, quæ solus oĩa nouit Lutherus. Atq̃ in hoc triũpho camelũ saltantẽ nobis exhibens lasciuis inuerso Vergiliũ carmine,Ante suũ clauso cõponet tpe finẽ mundus, Vidisti quicquam istiusmodi inficetiarum in mea Diatriba? Mox facis me præscribentem formulam,ne papa indignetur,ne Cæsar irascatur,&c.

Quanq̃

Quanq̃ nec ista q̃ uelut absurda fingis, tã sunt, q̃ uideri uis, Quid eñ peccat, si ueri p̃dicator sic oratione moderet̃, ut quoad fieri potest, nõ exasperẽtur potẽtes, sed alliciant̃ potius q̃ prouocent̃, & si spes nulla est, saltẽ ne sine fructu irritent̃. Et tñ qđ exigis iã ex parte p̃stiti, nõ ex me, sed ex sacris literis. Qui canib⁹ obiicit sanctũ, q̃ margaritas porcis, peccat, & in cõtemptores excutit puluerem. Habes psonas. Quũ nulla spes est fructus, sed nihil aliud q̃ tumultus excitat̃, cedendũ est, donec se offerat melior oportunitas. Habes tẽpus. Caꝛ terꝝ docendi modus ex his oĩbus circũstantiis sumitur, nec oẽs certo p̃scribi possunt, quãdoquidẽ ex re nascunt̃ ac uariant̃, sed hoc dispẽsatoris prudentiæ relinquit̃, qđ cuiq̃ cõueniat. Paulus maluit cõsuere coria, q̃ ali beneficentia Corinthiorũ qđ tñ suo iure poterat, nec circũducit sororẽ mulierculã, sed oĩa sustinet, ne qđ offendiculũ det euãgelio. Apostoli ductas uxores relinquũt euangelii studio, nec ducunt, quũ nulli fuerit interdictum, nunc q̃ iactant pro euangelio milies esse moriendũ, ea faciunt, q̃ plurimos alienant ab Euangelio. Si bonus medicus est q̃ quibuslibet quælibet porrigit pharmaca, sit bonus Theologus q̃ nulla uel psonaꝝ uel tẽporis, habita ratione quomodocunq̃ prouulgat uerbũ dei. Oĩs scriptura diuinit⁹ inspirata, utilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendũ. Nihil igit̃ tua refert, qđ apud quos, qũo proferas aliquid e sacris lr̃is? Eas dẽ docebis catechumenũ, q̃ iã futuꝝ episcopum? Iisdẽ locis ages cũ Ethnico philosopho, q̃bus cum Iudæo?

Iudæo? Eadē mysteria proferes apud irrisurū, & discendi cupidū? Nec deliges e sacris literis q̄ dicas apud sacras uirgines, & leones scortaq; publica, nec referre putabis, utrū priuatim comiter moneas principē aut episcopū, an apud populū sedicioſe uocifereris in illos, nec aliter obiurgabis ingeniū putidulū, & ad desperationē procliue, q̄ erectū, ferox, & cōtumax? Atq; hic mihi ingerit mea paraclesis, in qua uolo neminē secludi a lectione sacroꝝ uoluminū. Idē multo diligentius ago in appendice, q̄ p̄cedit paraphrasim in Euangeliū Matthæi, ueꝝ p̄scribo, qualē esse uelim q̄ legat libros sacros, & rationē indico qua legi debeant. Si permitto oībus ut legant sacros libros, ideo ne de q̄buslibet difficultatibus, apud q̄suis, & quouis mō disputandū est in utranq; partē? Et huic capiti additū est uirulentū epiphonema, Quoꝝ (inqs) furori tu Erasme, hoc cōsilio tuo pernicioſe inseruis.

32 Taxans quorundā inciuilitatē, monuerā, si qd forte perperā esset cōstitutū in cōciliis, ita corrigendū, ut tn̄ parceret, quantū fieri posset, auctoritati Pontificū & cōcilioꝝ, quā non expedit uulgo cōtemni. Si idē efficit ciuilitas, qd tumultus, nō ne qd tranquillius est, p̄ferendū est? Si tu mauis seditioſam maledicentiā, ego plurimū abs te dissentio. Immo tuæ sn̄iæ reclamant & literæ & uita apl̄oꝝ. Quorsum igit attinebat hoc scōma, nisi q̄ nunq̄ maledicendo satiaris. Hoc scilicet Papa uoluit a te dici, & audit libentius q̄ Euangeliū, īgratissimus si te Cardinali pileo cū censibus non ruſsus honorarit. Nō te pudet Luthere manifeſtę uanitatis?

nitatis? Mihi ne datur ullus census a Pōtifice? Im-
mo quod Adrianus obtulit recusaui. Galerum Car
dinalicium aut dedit aliquis, aut ambij, qui dignita
tes multo etiam inferiores manibus pedibusq; re-
cusaui? Sed quid faceres? huiusmodi fabulę iactan-
tur inter fr̄es fideles, quibus diffidere nefas ē. Quā
tibi nihil est pēsi quid in quem dicas. Sed haud scio
an tu rursum pouseris pro uicissim, ne uidearis in-
fantiam om̄ino sil̄are. At interim nō desinis impin
gere, quod contra conscientiam, ea defendam quæ
non oportet, in gratiam pontificum ac spe pręmi-
orum quo nihil ē falsius, id quod te quoq; scire cre
do, quantumuis dissimules.

Iam quod toties inculcas fieri non posse, ut ho-
minum constitutiones seruentur cum Euāgelio, pr
sus abs te dissentio, qui uideo quasdam hoīm consti
tutiones eē necessarias, quasdam utiles, tametsi di-
splicet īmodica turba, in qua nōnullæ sunt quæ re-
ctius tollerentur. Et hic si uellem ingererē, q̄ tibi nō
cōstes, quū alicubi pronūcies ceremonias infirmis
esse necessarias. Nam certū est hoīm cōstōes fere in
ceremonijs uersari. Sed interim hic aliđ agim⁹, nec
est animus ab argumento digredi, ne nimium opæ
in his rixis ponamus. Tandem & hoc caput clau-
dis dilemmate. Si de uerbo dei sic sentis, impie sen-
tis, si de alijs, nihil ad nos uerbosa disputatio consili-
tui. Iam ostēdi referre, sacras literas apud quos do-
ceas, deinde demonstratum est, me non tantum lo-
qui de sacris lr̄is, sed de quæstionibus hinc existen-
tibus, quibus tandē & admiscet sese humana Phia.
An hoc ē dei uerbū, oīa ex mera necessitate fieri, &
nr̄os conatus nihil ad rē facere? Hoc paradoxon tu-

tum interim fingo uerũ in aliquo sensu. De quo si p̄conteris alios, dicẽt esse hęreticũ. Nec iõ taceri uolui quia durũ est, ut ais, sed qđ hoĩes ad malũ pronos, & imbecilles inuitet ad licentius peccandũ. Tuum paradoxon elicis e sacris literis, sed opinionẽ suam ecclesia quoq; sumpsit e sacris literis, ut iam respẽdeat, nõ a uerbis scripturę, sed ab ĩterpretatione Cæterum in hoc peccas, quod, nobis perpetuo tuam interp̄tatiõem obtrudis pro uõ dei. Itaq; nec ĩpie sentio de sacris lr̄is, in q̄ꝝ interp̄tatõe malo seq̄ sententiam tot orthodoxorum & ecclesię q̄ tuã unius & paucoꝝ tibi iuratorum, & tñ ad te p̄tinet mea disputatio, qui tale dogma inculcas auribus imperitorum, quale si citra controuersiam uerum esset, non absq; periculo euulgaretur apud q̊slibet.

39 Eniterum syllogismus cornutus opponitur. Si hæc paradoxa dicis esse hominum inuenta, quid ęstuas, contra quẽ dicis? &c̄. Sin aũt dei ꝟba eẽ credis illa p̄adoxa, ubiẽ frõs tua? &c̄. Audi contra nobis uidentur esse commenta hæreticorum, diuinas litteras ad suum sensum detorquentium Et tamen hic fingo esse humanam opinionem e sacris literis fortasse perperam intellectis, conceptam, quam paciar inter eruditos sobrie disputari, apud promiscuam multitudinem iactari nolim. Aufer igitur ista, uerbum dei, uerbum dei. Non est nobis bellum cum uerbo dei, sed cum tua asseueratione, neque enim secum pugnat Dei uerbum, sed hominum interpretatio cum interpretatione colliditur. Si iudicium Ecclesiæ te mouet, quod asseueras commentum est hominum, quod impugnas uerbum

est dei. Si nihil te mouet, tamē euidētissimis rōibus
euincas oportet quod asseris, priusquā iubeas nos
in tuam ire sententiam, pugnantē cum tot Ecclesiæ
luminibus, atq; adeo cum publico Ecclesię iudicio
Nunc quum antequam cōgressus sis cū mea Dia-
triba, sic exultes, insultes, gestias, qd aliud q̄ trium-
phum agis ante uictoriā? Ista rhetores seruantiā p̄-
batæ rei, si libeat ad singulas causæ partes agere
triumphū, aut porationi, si sint unico triūpho con-
tēti. Sed indecētius est quod non tm exilis, gestis, ac
ludis, sed ostētas trophęa nōdum erepta, circūfers
hostis prostrati simulacrum, quem nondum ag-
gressus es. Quā em ineptis tuo schemate ἐτεροσχέτως
qui me non pateris similibus, hoc est, uulgatissimo
schemate uti. Scilicet creator tuus a te creatura di-
scet, qd utile & inutile sit prædicari, ac stultus ille ut
imprudēs deus hactenus nescierit, qd doceri opor-
teat, donec tu magister eius, modū ei p̄scriberes sa-
piēdi & mandādi, quasi ipse ignoraret &c. Scilicet
ista tā stolida uident tibi falsę dicta, quasi iā euice-
ris tuū de lib. arb. dogma, sine cōtrouersia ęē uerbū
dei et q̄si dispēsator ubi diuini nō debeat circūspice-
re, qd apud q̄s, quo tpe, quoue modo depromare
duplici penu sacrarū lrārū, qđ accōmodū sit audito-
rum saluti. Dic te q̄so. Nullū ne uidisti unq̄ cōcionā-
tem, q tibi displicuerit, qđ parū tēpestiua loq̄retur?
Nōne recte facit q in quadragesima ea p̄ponit po-
pulo, quæ faciūt ad pœnitētiā, uitæq; correctionē?
ferijs paschalibus lætiora depromptur us? Opinor
& te dicturū apud populū reputare nonnunq̄, quid
dicendū, qd reticendū, & q̄bus modis tractandū sit
quod

quod assumis. Et hæc q̃ monet præit creatura creatori, Deoq; præscribit sapiẽdi mandãdiq; modũ & deũ uiuũ, nihil aliud imaginat eẽ, nisi leuẽ aliquẽ & impudentẽ rabulam in aliquo suggesto declamantẽ, aliaq; tam stulta ut uix credam ex tuo ingenio profecta fuisse.

40 Ex hac admonitõe mea cõsequit̃ qđ infers Planehic prodis mi Erasme, q̃ ex animo superius uenerandam diuinor̃ iudicior̃ maiestatẽ suaseris. Quis Luthere fuit ille p̃ditus sycophanta, q̃ hæc libro tuo admiscuit? An ille q̃ monet sacram doctrinam, ad utilitatẽ audiẽtium esse tẽperandam, ficte docet, in sacris lr̃is reuertẽda mysteria, quæ superãt intellectus humani modum? An ille blasphẽmus ẽ in Deum? Nam hoc subjicis in proximo capite, q̃ nõ uult altius penetrari in quẽstionum adyta, q̃ cõducit ad salutẽ & Christiani gregis concordiam? q̃ uerbi diuini dispensatorẽ, uult eẽ sobrium, ac circũspectum, ut sciat quid cuiq; cõueniat? Nullus igitur nõ uidet, quantũ hic fundas tragicæ facundiæ, hoc magis ridiculus, quo uehemẽtius & impotẽtius, præter causam uerbis debaccharis. An docet deũ nõ esse timẽdum, qui docet nulli salutẽ contingere, nisi ex misericordia Dei? q̃ fatetur deũ quosdã attrahere, q̃sdã suo aĩo relinquere cõsilio arcano & inscrutabili? An q̃squis nõ accedit tuis assertionibus & interpretatiõibus pensat diuinam scripturam ad sensum impijssimor̃ hominũ? Et qui uł ob imperitiam quam tu mihi tribuis affatim, uł ob imbecillitatẽ animi, non audet sese tuæ fidei committere, iam publico Ecclesiæ iudicio damnatæ, ma-

uultq; tot insignium uiroꝝ sententiam, mauult ec
clesiæ decretũ sequi, q̃ tuũ & Vuycleui dogma, is
ĩpiã ĩdignationẽ suã declarat aduersus deũ? Hmõi
cõclusiões hõ dialecticus colligis ex meis uerbis, &
cũ his mira sedulitate σκιομαχεῖς aut si qd umbra
inanius? Hæc igit̃ quũ sint alienissima a re, deinde
manifesto falsa debebãt oĩo taceri ab eo q̃ p̃ter sum
mã eruditionẽ, etiã spm̃ dei sibi uindicat, mltomi-
nꝰ cõueniebat tot ꝟbis ĩculcari, repeti, ĩfigi. Quæ si
uera eẽnt, & ad rẽ ꝑtinẽtia, tñ erãt, ut dixi, post par-
tam uictoriam in triumpho decantanda.

41 Mox ita rñdes q̃stõibꝰ meis, q̃si ego docueri, ho
mĩes absq; spũ posse uitã corrigere, aut q̃si spũs ꝑil
lũ nõ opet̃ in anĩs hoĩm, q circũspecte dispẽsat ser
monẽ euãgelicũ. Nisi forte sentis solã electionẽ dei
satis eẽ, nec opus eẽ doctoris officio. Quidẽ igit̃, qd
apud Ezechielẽ dñs sic litigat cũ malꝰ pastoribꝰ? Ad
scdam sic rñdes, q̃si doceã a q̊q̃ amari posse deũ, ni
si fuerit attractꝰ ab eo. Quur obiurgant̃ apud Esaiã
muti pastores? qa tacuerũt ubi ꝓferendũ erat uer-
bũ dei. Eadẽ rõne sunt obiurgandi, q uel aliud p̃di
cãt, q̃ uerbũ Dei, uꝰ aliter p̃dicant q̃ oportet. Et hic
rursus blasphęmũ facis Erasmũ, hõ blasphęmijs un
diq; scatẽs, agnosce tuas uoces, uere inq̃ tuas Luthe
re. Sic habẽt. Quũ ego fecissem impios murmurã
tes aduersus bonitatẽ ac iustitiã Dei, sic loqueris.
Nullus hoĩm credet, neq; poterit, electi uero cre-
dẽt, cęteri nõ credẽtes peribũt, ĩdignãtes & blasphę
mãtes sicut tu hic facis. Quã hic uides meã blasphę
miã? an qa recito qd ĩpij dicturi sint? ac ne qs suspi-
cet̃ hæc sub mea ꝑsona dici addo. Sic em̃ interp̃ta
bunt̃

bunt plerique, sunt enim ferme mortalium ingenia crassa & carnalia, prona ad incredulitatem, proclivia ad scelera, propensa ad blasphemiam, ut non sit opus oleum addere camino. Hactenus Diatribe. An haec verba non satis declarant, quorsum murmura recitet? An ideo blasphemus sum, quod nolim occasionem dari propheticis ad blasphemiam? Talia scilicet effundit spiritus iste cuius arbitrio regeris. Sed ad reliqua properandum.

42 Bene habet, tandem satiatus opinor convitijs permittes aliquantisper respirare, uertis enim te ia ad docendum, quod utinam solum egisses. Adducis autem duas causas, quare tuum dogma debuerit apud oes innulgari, quarum una est, ut homo, sui desperans ac deiectus, non aliunde speret salutem, quam a solo Deo, cuius misericordiae proximus est, q intelligit se suis uiribus ne tantillum quidem posse ad assequendam salutem. Altera est, ut per hoc dogma det locus fidei, cui non esset locus, nisi Deus quum sit iustus, uideretur iniustus, & quum sit misericors, uideret crudelis, & nisi uideretur occidere, quum uiuificat. Obijcerem nec ista suo loco dici, nisi tuum esset dogma, nihil referre, quo loco dicatur. Quum enim haec tractent in disputatione nostra, ubi pugnas cum argumentis meis, dixisse tepestiuius. Sed tamen quoniam rem seriam aggrederis, non grauabor, tum audire rndere. Necessarias autem grauissimasque causas nobis adferas oportet, si persuadere uelis, hoc quod iam seculis tenuit populus Christianus cum suis doctoribus, & in hunc usque diem tenet ecclia, pernicio sum ee dogma, impium haereticum & blasphemum, tum ue ro ee praecipuum articulum Christianae fidei, sine

quo nemo possit esse saluus. Ne dixeris igit, qđ ex abūdāti deprompseris duas causas, nam primā qua nobis imponis silentiū, dicens. Satis est, qđ deus uoluit hæc in uulgari, nec est hominis quęrere quur ita uelit, nihil aduersum nos facit, propterea quod assumit pro confesso, qđ est controuersum, uidelicet tuū dogma eē uerbum dei. Quare ne post hac nos urgeas ista responsione, nisi prius euiceris qđ assumis, ut certissimū, quum nō solū sit anceps, uerūetiā a scholis & ecclīæ primoribus damnatū. Excutiamus igit Achilleas tuas & inuictas ratiōes. Mihi quidem per se neutra uidet impia. Quis enim nō fateatur eē pium, ut homo sibi diffisus, totus pē deat a misericordia dei? Et pie docet, qui docet fa ēta dei nō eē dijudicanda, sed certo credēdū, deum semp esse iustissimū, etiamsi quando sensibus humanis uideat iniustus, esse misericordissimū, etiam si quando uideatur crudel. Hæc, inquam, omnia pie sancteq; docent, sed tamē multū absunt a eo ut nobis approbent tantam necessitatem tui dogmatis, quantam uideri uis. Ais enim alicubi, citius optandum ut totus mundus pessum eat in chaos, q̄ ut hoc dogma reijciatur. Imo fructus utriusque tuæ rationis sequitur ex opinione, quam hactenus ut piam sequitur Ecclesia, ut nouo dogmate tam seditioso nihil sit opus, ne commemorem interim uitata pericula, quę tuum dogma secum trahit, rur susq; commoda, quæ secum nostra ducit opinio. Nam quod ad priorem attinet causam, in Diatri ba demōstro, eundem deiectionis fructum seq ex opinione quā defendo, q̄ sequitur ex tua. Quur em sibi fid

